This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.


We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search


Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`




Ex Libris

L. 4. 3.











M. TVLLII CICERONIS ORATIONVM

TOMI SECVNDI PARS II.



AMSTELODAMI,
Ex Typographia P. & I. BLAEV,
Proſtant apud IANSSONIO-WAESBERGIOS,
BOOM, à SOMEREN, & GOETHALS.
M DC LXXXXVI.

John S. Lawrence Estate
94
3-31-1925

PRO
L. MVRENA.
ORATIO VICESIMA TERTIA.

ARGVMENTVM CAMERARII.

L. Catilina petens conſulatum cum M. Cicerone repulſus, iterum petiit Cicerone & C. Antonio Coſ. Sed & tum dejectus ab honore & ſpe ſua, manifeſtum bellum moliri, & conjuratis in urbe relictis, diſtributiſque vicibus inflammandae urbis & trucidandi Senatus, ipſe ad exercitum in Etruriam proficiſcitur, & in Caſtra quae Manlius in agro Foeſulano poſuerat, ſeſe contulit. Petierant cum illo conſulatum, de quibus conſtat, Decimus Sullanus, Servius Sulpitius & L. Murena, cumque hic cum Sullano deſignatus eſſet, quod tribubus largitione corruptis eum honorem obtinuiſſe diceretur, ambitus poſtulatus fuit, accuſantibus, ut fieri ſolebat, pluribus, quemadmodum & de ipſa defenſione intelligi poteſt. In hoc uno igitur crimine probando plurium induſtria elaboravit, alia enim quae objecta huic fuerunt, ad infamiam Murenae conquiſita ſunt, ut illud de Aſia & ſaltatione, quo magis ipſe per ſe indignus ampliſſimo honore ad corrumpenda ſuffragia confugiſſe crederetur. Sed adverſus omnia praeclara opponitur defenſio. Quae quidem cum ſit arte ſumma ad reum conſervandum, illiuſque non modo ſalutem, ſed etiam dignitatem tuendam compoſita, in hoc tamen praecipue admirabilis eſt, quod ſummos & viros & amicos ita refellit, ut non tam cauſſae, in qua omnino vincere cuperet, quam honoris illorum ratio habita, neque tam reus protectus quam illi placati eſſe videantur. Eſt autem difficile non admodum offendere eum, contra cujus voluntatem pro inimico ipſius vehementius pugnes, quo minus facile fieri poſſe putandum, benevolentiam etiam ut eorum, adverſus quos dicas retineas. Notavit haec

ſimili in conſideratione & Fabius lib. 11. *his verbis:* Sed ii iis quidem in quibus vel judici, vel etiam aſſiſtentibus ratio noſtrae moderationis probari debet, minor eſt labor illic plus difficultatis, ubi ipſos contra quos dicimus vere-mur offendere. Duae ſimul hujuſmodi perſonae Ciceron pro Murena dicenti obſtiterunt M. Catonis Serviique Sulpitii. Quam decenter tamen Sulpitio, cum omnes conceſſiſſet virtutes, ſcientiam petendi conſulatus ademit. quid enim aliud eſſet, quo ſe victum homo nobilis, & juris antiſtes magis ferret? ut vero rationem defenſionis ſuae reddidit? cum ſe ſtuduiſſe petitioni Sulpitii contra honorem Murenae, non idem debere accuſationi contra caput diceret. Quam molli autem articulo tractavit Catonem? Cujus naturam ſumme admiratus, non ipſius vitio, ſed Stoicae ſectae, quibuſdam rebus factam duriorem videri volebat, ut inter eos non forenſem contentionem, ſed ſtudioſam diſputationem crederes incidiſſe. *Hactenus Quin-*

[redacted]

ARGVMENTVM P. MANVTII.

Comitiis conſularibus, quae conſul Cicero habuit, D. Iunius Silanus, & L. Licinius Murena conſules deſignati ſunt. Poſt comitia Murenam de ambitu competitor ejus accuſavit clari nominis juriſconſultus Ser. Sulpicius cum tribus ſubſcriptoribus, M. Catone, probitate ſenſuque erga rempublicam inſigni viro, Cn. Poſtumio, Ser. Sulpicio adoleſcente. Defendit eum Cicero, defenſum jam a Q. Hortenſio, & M. Craſſo. Iucunda in primis oratio eſt. nam & juriſconſulti propter Sulpicium exagitantur: & Stoica diſciplina, cui deditus erat Cato, facete lepideque deluditur: adeo ut Cato, dignam conſule gravitatem ei detrahens, dixerit id, quod in Plutarcho legimus: Dii boni, quam ridiculum conſulem habemus.

QVae deprecatus ſum a diis immortalibus, judices, more inſtitutoque majorum, illo die, quo auſpicato comitiis centuriatis L. Murenam conſulem renunciavi: ut ea res mihi magiſtratuique meo, populo plebique Romanae, bene atque 1

Q*Va deprecatus ſum a diis*] Exordia orationis hujus vel duo ſunt, vel unius partes duæ, vel poſt exordium excurſio. Nihil enim vel perparum intereſt. Prior igitur pars habet ipſius cauſæ & defenſionis commendationem, ſecunda patrocinii. Non enim ſolum in hoc elaborandum fuit, ut a cauſa judices non eſſent alieni, ſed etiamne qua invidia defenſoris nocere poſſet reo. Sed de utraque parte nunc deinceps aliquid dicamus. Prioris ergo capita ſunt *Religio & pietatis officium*, quæ implicantur inter ſe: quod etiam Demoſthenes facere ſolere cernitur, ut capita permiſceat atque contexat. Orditur autem ampliter & ſplendide, ut dicentis perſonæ dignitati atque auctoritati conveniebat. In primis enim cum omnibus in orationis partibus tum maxime in principiis decoro ſerviendum, cum vix alia res ita ſoleat avertere animos atque judicia hominum, quam ſi id quod deceat negligatur. De quo, i. e. *περὶ τοῦ πρέποντος*, ut Græci appellant, Rhetores diligentiſſime præcepere, & Cicero in oratore copioſe & magnifice notat his verbis: *Eſt autem quid deceat oratori videndum, non in ſententiis ſolum, ſed etiam in verbis. Non enim omnis honos, non omnis auctoritas, non omnis ætas; nec vero locus aut tempus aut auditor omnis eodem aut verborum genere tractandus eſt, aut ſententiarum. Semperque in omni parte orationis, ut vita, quid deceat eſt conſiderandum, quod & in re de qua agitur poſitum eſt & in perſonis, & eorum qui dicunt, & eorum qui audiunt.* Hactenus Cicero. Atque eſt hic locus perdifficilis & late patet, & ſine prudentia ſingulari explicari non poteſt. Itaque & a Philoſophis diligenter & copioſe in officiis tractatur. Eſt autem in hoc initio am-

atque feliciter eveniret: eadem precor ab eiſdem dii immortalibus ob ejuſdem hominis conſulatum una cun ſalute obtinendum, & ut veſtrae mentes atque ſententia cum populi Romani voluntatibus ſuffragiiſque conſen tiant

amplitudo & ſplendor inſignis cum verborum, tum ſententiarum in illa precatione, quam luculente a Deorum numine ad judicum poteſtatem deducit atque transfert. Habet tamen & hanc virtutem atque laudem, quod præſtantiſſimum oratorem Demoſthenem in illa graviſſima cauſa περὶ ϛεφάνου idem feciſſe conſtat, & ad hæc Ciceronem reſpexiſſe credibile eſt. Hac forma, ſed aliter, uſus etiam eſt in oratione *ad Quirites poſt reditum ſuum*. Camerarius. *Qua deprecatus ſum a diis, &c.*] Revocandum putavi prioris ſæculi ſcripturam. hodierni enim *precatus* tantum ſervant, contra olim cuſos & mſſ. Pall. quatuor, item cod. S. Victoris. *Gruterus*. Probat Francii liber *deprecatus*.

More inſtitutoque majorum] Solebant enim magiſtratus prius quam ea exponerent

habet originem verbi ignotam, ut *ari ler* quoque, ſed complectebatur, ut Ci cero innuit, fulgurum, extorum, oſter torumque conjecturas, ut extiſpiciu hujus pars eſſe videatur. Fuit & omniu perdiligens apud veteres notatio, qu ſunt Græcis φῆμαι. Iccirco, ut Cice ait omnibus rebus agendis, *quod bonum ſanſtum, felix, fortunatumque eſſet*, pra fabantur, &c. *Idem*.

Vt ea res mihi, magiſtratuique meo] Co dex Memmianus habet, *mihi, fides, ma giſtratuique meo*, unde quis ſuſpicari po ſit, legendum, *mihi, fidei, magiſtratu que meo*. idem infra habet, *cum popu Romani voluntatibus*, ubi vulgati haben *voluntate*. Lambinus. *Ea res mihi ma giſtratuique meo*] S. Victor. Pal. ſec. ter *ea res mihi fides magiſtr.* oct. *ea res mihi fi mag.* Pal. tamen pr. ac editio prim

ciant, eaque res vobis populoque Romano pacem, tranquillitatem, otium, concordiamque afferat. Quod ſi illa ſolemnis comitiorum precatio conſularibus auſpiciis conſecrata, tantam habet in ſe vim & religionem, quantam reipublicae dignitas poſtulat: idem ego ſum precatus, ut eis quoque hominibus, quibus hic conſulatus, me rogante, datus eſſet, ea res fauſte, feliciter, proſpereque eveniret. Quae cum ita ſint, judices, & cum omnis deorum immortalium poteſtas aut tranſlata ſit ad vos, aut certe communicata vobiſcum: idem conſul eum veſtrae fidei commendat, qui antea diis immortalibus commendavit: ut ejuſdem hominis voce & declaratus conſul, & defenſus, beneficium populi Romani cum veſtra atque omnium civium ſalute tueatur. Et, quoniam in hoc officio ſtudium meae defen-

concordiam quatuor Palat. S. Victoris & Memmiani, item editionis cccc LXXVIII. nam antiquior quinque annis, habet illud vulgatum, *voluntate.* Gruter. Libris, qui *voluntatibus* legunt, accedit Francii.

Vt eis quoque hominibus] Sic habet idem liber, ubi vulgati, *ut iis* idem infra, *tralata ſit ad vos*, ubi vulgati, *tranſlata.* Lambinus. Sic ſuperius Francii *ab eiſdem diis*, pro quo editi *ab iiſdem diis.*

Me rogante] Ad ſolemnem precationem judicii fortunam accommodat. Ea ita divinam quandam poteſtatem mirabili cum moderatione, cum ſit hoc prorſus immodicum, judicibus tribuit. Et alibi hanc pop. Rom. aſſignat in ea pro Rabirio: *Deinde vos, Quirites, quorum poteſtas proxime ad Deorum immortalium numen accedit, oro atque obſecro*, &c. & poſt reditum ad Quir. *Qui apud me Deorum immortalium vim & numen tenetis.* *Rogante* autem, non ſimpliciter accipio ita ut ſe ſtuduiſſe petitioni Murenæ ſignificet Cicero, ſed ad habita ab ipſo Cos. comitia, & rogationem ſuffragiorum refero. Et ſi nihil vetat de appellatione populi, & ſupplicatione, quod dicitur, accipere, quæ, ut vel de oratione pro Plancio apparet, in moribus fuit. Vbi Cicero & pro Plancio ſe Trib. ſubmiſiſſe ait, ultro etiam ſe offerentes ultro pollicentes rogaviſſe. *Camer.*

Et, quoniam in hoc officio ſtudium mea defenſionis] Sequitur altera exordii pars quæ commendationem continet patrocinii. In qua amolitur collatam in ſe invidiam accuſatorum, primum Catonis, deinde Sulpitii. Quibus, antequam ad defenſionem cauſæ accedat, ſatisfacere & quaſi placare cupit. Itaque argumenta contrariis refutat & defendit factum ſuum, ut forma plane ſit probationis. Sed quia in his hoc agitur atque fit, quod in procemio ſolet, ut ad cauſam aditus patefiat & judices præparentur, ideo in exordium retulimus. Similiter & cum aliis ante juſtum congreſſum quaſi velitatur. Vt cum Torquato in Sullana defenſione. Pro Plancio Laterenſem, contra quem dicere cogebatur, cavet, ne læderet. Hujus igitur partis rurſum partes duas faciemus, unam reſponſionis ad objecta Catonis, & alteram qua Sulpitium placare conatur. Hæc autem Catoniana pars diviſa eſt in objecta Catonis tria. Primum, *Ciceronem Coſ. republ. bene geſta, perverſe facere qui defenderet Murenam.*

nam. Secundum, *Abſurdum eſſe ab auctore legis de ambitu defendi reum ambitus.* Tertium, *Ciceronem qui tam ſevere Conſulatum geſſiſſet; & improbis ſumma vi reſtitiſſet, eum igitur improbum Co. defendere non debere.* Primum tractatur capitibus æqui & honeſti, i.e. officii. Alterum refutatione. 3. Diſſimili, in quo pulcherr. ineſt prædicatio manſuetudinis. In primo hæc fere ornamenta & loci inſunt, Ἀποστροφή, quæ eſt converſio orationis ad alicujus compellationem, ut hoc loco Catonis, figurataque ea eſt interrogatione. Poſtea comparatio ducta de obligationibus contractuum civilium, locus comparationis a minore. Mox exemplum moris & conſuetudinis aliarum civitatum, locus ſimilitudinis. Rurſum παραβολή, copioſa & perelegans, periculorum navigationis, locus comparationis. Secundum objectum Cicero nihil ad ſe pertinere oſtendit. Tertium explicat diverſitate temporum. In quo & quædam ἀντίθεσις eſt. Si inſervivi reipublicæ duris & aſperis temporibus, cur non idem faciam placidis & quietis. Si illud feci invitus, cur non faciam hoc, ad quæ natura ipſa me incitat. Hoc loco de hac notatione artificii in [redacted]

fabricæ rationem ignorant, quamquam
ſi priuſquam partes jungerentur atq
concinnarentur, has ipſas ſeorſim co
templari fuiſſent, cognoſcere aliquou
que & tenere poſſent. In ſcholis quo
dam habebant pueri in manibus ludic
quædam plæraque de cartis exciſa, qu
ad certas converſiones diverſarum r
rum formas repræſentabant, cujuſmo
neminem eſſe quin viderit puto. Tal
& apud antiquos fuere loculi qui *A*
chimedei dicerentur, in quibus ſi vel al
ter verſatis, enſis, haſtæ, carinæ effigi
appareret. Hæc igitur omnia qui no
particulatim ſeparatimque inſpexer
non poſſit penitus ſcire qualis illa com
poſitio ſit, aut quo pacto illa quæ fie
videt, efficiantur. Similiter eloquenti
admirabilia hæc opera & iſtæ maxim
rum rerum effectiones, niſi notatis co
ſideratiſque partibus admirationem qu
dem habent, cognitione vero & inte
ligentia carent. poſſem alia exempla, i
luſtria quidem inprimis picturæ prop
nere, ſed nihil eſt neceſſe in his imm
rari. Hoc quidem certe conſtat nem
nem artificioſe pictam imaginem a
fictam, ab alia abſque arte expreſſa
diſcernere poſſe, niſi animadverſio
[redacted]

ſenſionis ab accuſatoribus, atque etiam ipſa ſuſceptio cauſae reprehenſa eſt, antequam pro L. Murena dicere inſtituo, pro me ipſo pauca dicam: non quo mihi potior hoc quidem in tempore ſit officii mei, quam hujuſce ſalutis defenſio: ſed ut, meo facto vobis probato, majore auctoritate ab hujus honore, fama fortuniſque omnibus inimicorum impetus propulſare poſſim. Et primum M. Catoni, vitam ad certam rationis 2
normam dirigenti, & diligentiſſime perpendenti momenta officiorum omnium, de officio meo reſpondebo. Negat fuiſſe rectum Cato, me & conſulem, & legis ambitus

tem vincendi rationes & ipſi gnaviter uſurpant & ſpectatores notare ſolent, ita auctorum conſilia & illam quaſi eminentiam artis & cernere doctioribus facile eſt, & ſtudioſis eloquentiæ obſervare neceſſarium. Poſt partitionem ſeu diſtinctionem, ut diximus, ſingulatim, & partes ipſæ igitur inſpiciendæ, quæque illarum ſit elaboratio atque perpolitio. In quod genus incidunt illæ figuræ quæ dicuntur a Græcis σχήματα, qui ſunt, ut Cicero ait, quaſi geſtus quidam orationis, cum videlicet illa ſe quadam parte potiſſimum profert, ut conſpicua ſit præſtante quodam & inſigni habitu ſuo itemque τρόποι, de quibus (nam eſt tractatus longior) alias copioſius diſputabimus. Nunc hoc monuiſſe ſatis fuerit, hæc verſari in verbis & ſententiis. Hoc diſcrimine, ut verborum ornatus ipſis mutatis non conſiſtat, ſententiarum autem ornamenta etiam verbis mutatis permaneant, ut ait Cicero. Quæ quidem cum definitionibus & exemplis illuſtrantur tum demum plane perſpici poſſunt, quod ut ajebam, alias fortaſſe faciemus. Nunc ad inſtitutum revertamur. *Camerarius.*

Vitam ad certam rationis normam dirigenti] Tranſlatio inſignis proverbialem figuram complectens, quali & Græci uti ſolent, ſignificantes maximam curam & exquiſitionem. Plutarchus παραγγέλμασι πολιτικοῖς. καὶ πρὸς ὅδους πρὸς κανόνα καὶ διαβήτην ἀπηκριβωμέναις. Id eſt, *Circumductionibus ad normam & circulum exactis.* *Norma* enim eſt, quam veteres κανόνα dicere, quæ γνώμονα conſtituit, i. e. rectum angulum. Ariſtoph. βατράχοις. καὶ κανόνας ἐξοίσουσι καὶ πήχεις ἐπῶν. Interpres κανόνα eſſe dicit examen trutinæ, atque eam normalem eſſe oportet. *Idem.*

Momenta officiorum] Etiam minima officia dixit. Eſt autem *momentum* a celeritate motus ita minutum ut vix animadverti poſſit. Vt ῥιπὰς Græci *momenta ſplendoris* dixere, & ἐν ῥιπῇ ὀφθαλμοῦ ad Corinthios Paulus 1 Corinth. 15. v. 52. *Idem.* Momenta officiorum ſunt gravitas officiorum, quanti quodlibet officium ſit faciendum, quod alii præferendum. Eſt enim aliud officium alio gravius, ut Tullius in primo & tertio de officiis docet.

Legis ambitus] *Ambitus* (Græci interpretati fuere δημοκοπίαν) ab *ambitione* hoc differt, quod prior appellatio eſt criminis, poſterior cupiditatis. Ductum autem verbum de eo quod cupidi honorum facere ſolerent, ut circumeuntes per trib. benigne appellarent populum & ſuffragia corrogarent. Similiter *prehenſare* candidati dicebantur cum profiterentur ſe jam petere honores, & vellent intelligi ſeſe ſtudia voluntateſque hominum ſibi cupere conciliare. Sed hæc in moribus erant. Verum cum profuſione & largitionibus corrumpebatur populus, & ſuffragia mercede compara-

 ban-

bitus latorem, & tam ſevere geſto conſulatu, cau
L. Murenae attingere. cujus reprehenſio me vehen
ter movet, non ſolum ut vobis, judices, quibus max
debeo, verum etiam ut ipſi Catoni, graviſſimo atque
tegerrimo viro, facti mei rationem probem. A quo t
dem, M. Cato, eſt aequius conſulem defendi, qua
conſule? Quis mihi in republica poteſt, aut eſſe de
conjunctior, quam is, cui reſpublica a me uno tradi
ſuſtinenda, magnis meis laboribus & periculis ſuſten
ta? Quod ſi in iis rebus repetendis, quae mancipi ſu

bantur, crimen hoc *ambitus* dicebatur & legibus latis puniebatur. Tum autem *leges de ambitu* a ſenatu ſevere ſancitæ fuerunt, ut dicitur in oratione pro Plancio: & earum auctorem Ciceronem fuiſſe hoc loco indicatur, & dicitur manifeſte in oratione contra Vatinium. Obſervandum inprimis hoc exemplum bonæ & difertæ, hoc eſt, Ciceronianæ orationis. In qua nihil confuſum, nihil abruptum, nihil quaſi adhæreſcens: denique nihil mancum aut mutilum reperiatur, ſed omnia ſint ordinata, plena, diſtincta, explicata cum integra, atque undique perfecta, & omnibus, (ut dicitur) numeris abſoluta. Nam cum propoſuiſſet primum *Coſ.* deinde *legis de ambitu latorem*, tertio *ſeverum Coſ.* hæc ſingula expedit atque ita tractat, ut ad ſua capita oratio elegantiſſime in admirabili copia & ubertate optimorum verborum

me una. Lambinus. *A me una t… tur, &c.*] Conjicit Lambinus *uno.* quare potius non reddit rationem vulgata ferri non debeat? *Grut.* Et lem ego Gruterum expoſuiſſe quid i vulgata ſibi vellet. Sane in Francii li alia manus voci *una* impoſuerat li ram *o* hac ratione *unâ.* A ſe uno trade tur Murenæ reſpublica, non ab Anto Ciceronis collega. *Grav.*

Iis rebus repetendis] *Repetendi* verbu ſignificationem habet debiti. *Camer.*

Quæ mancipi ſunt] *Mancipii* autem ſive mancupii & *συναιρέσις*, *mancupi* (ut Milite, Plautus, *& illi ego me mancupi dabo*) dicebantur *res* quarum proprietas ab alienatione ad alterum pervenire poſſet jure civili, ita in poteſtate ejus qui alienare vellet eſſe intelligebantur. Eſt autem vocabulum factum *a manus capione.*

is periculum judicii praeſtare debet, qui ſe nexu obligavit; profecto etiam rectius in judicio conſulis deſignati, is potiſſimum conſul, qui conſulem declaravit, auctor beneficii populi Romani defenſorque periculi eſſe debebit. Ac ſi, ut nonnullis in civitatibus fieri ſolet, patronus huic cauſae publice conſtitueretur, is potiſſime honore affecto defenſor daretur, qui eodem honore praeditus non minus

Quis autem ignorat. evictionem eſſe rei emptæ, interveniente judicis decreto, ablationem, quod dudum viri docti pluribus docuerunt? Nam evinci res dicitur aliena, quæ a non juſto poſſeſſore vendita eſt tertio, a vero domino judicio repetita ſententia judicis illi redditur & ab eo auſertur. *Gravius.*

Periculum judicii præſtare debet] Etiam hoc verbum Iuriſconſ. eſt, quo Cicero ſæpe multumque utitur. Lib. IX epiſt. *Nihil eſſe ſapientis præſtare, niſi culpam.* Lib. I: *Vt officium meum fidemque fratris mei præſtarem.* Lib. IV: *Ego tibi in hac præſertim imbecillitate magiſtratuum præſtare nihil poſſum.* Lib. I de oratore: *Cum enim Marius Gratidianus ædes Aurata vendidiſſet, neque ſervire quandam ædium partem in mancipii lege dixiſſet, defendebamus quicquid fuiſſet incommodi in mancipio, id ſi venditor ſciſſet neque declaraſſet, præſtare debere.* Itemque in III offic. *Ius Craſſus urgebat, quod vicia venditor non dixiſſet ſciens id oportere præſtare.* Et mox: *Quod enim ſcire debuit de ſanitate, de fuga, de furtis, præſtat edicto ædilium.* Rurſum ep. lib. V: *Quamcunque ei fidem dederis præſtabo.* Q. fratri lib. I: *Vt in hac cuſtodia provinciæ non te unum, ſed omnes miniſtros imperii tui ſociis & civibus & reipublicæ præſtare videaris.* Camer. *Periculum judicii præſtare*, eſt periculum evictionis ſuſcipere, quod in rebus mancipi venditor præſtabat, in rebus vero, quæ non mancipio venduntur emptor. vide Plaut. Perſ. IV, 3, 55, & 66. Et in eadem fabula, IV, 4, 40, & 113.

Qui ſe nexu obligavit] Abalienatio fiebat, *nexu & ceſſione*, ut docuit Cicero in Topicis. *Nexus* autem ſeu nexi (utraque enim flexione verbum extulerunt) ſolemnitas juris hæc fuit, ut adhibitis quinque teſtibus & libripende, homo ſeu res ei daretur mancipio, hoc eſt, poteſtati illius traderetur, qui ſuum emtione coram iis teſtibus feciſſet. Hoc priſcis temporibus cum vere fieret: poſtea imago ſolemnitatis tantum retenta, eademque & in teſtamentis aliquando uſurpata fuit, Quorum unum genus fieret per familiæ emancipationem cum *ære & libra*, ut Gellius annotavit lib. XV, cap. XXVII. & memoratur Inſt. lib. II, Tit. X. Curius κτῆσιν interpretatur *mancipium*, ſcribens Ciceroni: quæ epiſtola eſt relata, lib. VII ad famil. *Sum enim χρήσει μὲν tuus, κτήσει δὲ Attici noſtri.* Ergo *fructus* eſt tuus, *mancipium* illius. Et Cicero ad hæc: *Cujus quando proprium te eſſe ſcribis mancipio & nexu, meum autem uſu & fructu, contentus iſto ſum.* Camer. *Qui ſe nexu obligavit*, eſt qui ſe ſuaque bona nexa & obligata fecit ad evictionem præſtandam. Hæc dicebatur traditio nexu. vide Fabri Semeſtria II, 23, & Salmaſ. de modo uſurar. cap. 18.

Auctor beneficii populi Romani] Proprie is qui rem mancipio vendit ac tradit *auctor* dicitur, Plaut. Curc. IV, 2:

Nec vobis auctor ullus eſt, nec voſmet eſtis ulli.

Hinc & fidejuſſor, ſi venditor aliquem interponeret fidejuſſorem, dicebatur *auctor ſecundus* l. 4. D. de evictionibus. Hinc *auctio* eſt venditio, & *auctoritas* juſtus poſſeſſionis titulus, quin & *auctoritas* Venulejo & Paullo eſt evictio. vide Salmaſ. de mutuo cap. 17.

Potiſſime honore affecto] Dicitur *potiſſime* & *potiſſimum*. hoc ſæpiſſime, illud rariſſime. De amicit. *Hactenus mihi videor de amicitia quid ſentirem potiſſime dixiſſe.* Sylvius.

Portu

nus afferret ad dicendum auctoritatis, quam facu
Quod ſi portu ſolventibus, ii, qui jam in portu
alto invehuntur, praecipere ſummo ſtudio ſole
tempeſtatum rationem, & praedonum, & locor
quod natura affert, ut eis faveamus, qui eadem
cula, quibus nos perfuncti ſumus, ingrediuntur:
tandem me animo eſſe oportet, prope jam ex m
jactatione terram videntem, in hunc, cui video m
mas reipublicae tempeſtates eſſe ſubeundas? Qua
eſt boni conſulis, non ſolum videre, quid agatur,
rum etiam providere, quid futurum ſit: oſtendam
loco, quantum ſalutis communis interſit, duos con
les in republica Kalendis Ian. eſſe. Quod ſi ita eſt, 1
tam me officium debuit ad hominis amici fortun
quam reſpublica conſulem ad communem ſalutem
3 fendendam vocare. Nam quod legem de ambitu tuli
certe ita tuli, ut eam, quam mihimetipſi jampridem
tulerim, de civium periculis defendendis non abroga-
rem. Etenim ſi largitionem factam eſſe confiterer, id-
que recte factum eſſe defenderem, facerem improbe,
etiam

Portu ſolventibus] Placuit quibuſdam *e portu*, & ita lib. v. Fabii Quintil. adductus hic locus legitur. ſed illa forma orationis elegans eſt. *Camerar.* Recte Camerarius ſic & Francii liber & editio- obſervarunt legendum eſſe, *quod natura fert.* a praecedentis vocis perperam eſt repetitum. In pro Quint. *Vereor, ne gravioribus utar verbis, quam natura mea fert.* In epiſt. ad fam. lib. 2. ep. ult. *Velim ita*

etiam ſi alius legem tuliſſet. cum vero nihil commiſſum contra legem eſſe defendam, quid eſt, quod meam defenſionem latio legis impediat? Negat eſſe ejuſdem ſeveritatis, Catilinam, exitium reipublicae intra moenia molientem, verbis & paene imperio urbe expuliſſe, & nunc pro L. Murena dicere. Ego autem has partes lenitatis & miſericordiae, quas me natura ipſa docuit, ſemper egi libenter: illam vero gravitatis ſeveritatiſque perſonam non appetivi: ſed ab republica mihi impoſitam ſuſtinui, ſicut hujus imperii dignitas in ſummo periculo civium poſtulabat. Quod ſi tum, cum reſpublica vim & ſeveritatem deſiderabat, vici naturam, & tam ve-

Negat eſſe ejuſdem ſeveritatis, Catilinam, &c.] Putat Hottomannus deeſſe in libris vulgatis vocem Cato, poſt nomen, *ſeveritatis*. Ego eam ſatis intelligi arbitror ex illo ſuperiore loco. negat fuiſſe rectum Cato, &c. *Idem*. *Negat eſſe ejuſdem ſeveritatis, Catilinam*] Hottomannus interponit, *Cato, Catilinam*. ſed a conjectura. videatur lib. 11 Obſervat. cap. 11. *Gruterus*.

Has partes lenitatis] Vt apud Terent. *Viciſſim tuas partes acturus eſt*. Cic. Q. fratri lib. 1: *Neque enim ejuſmodi partem reipublicæ geris, in qua fortuna dominetur*. Et mox: *Nunc vero ea pars reipublicæ tibi commiſſa eſt*. In eadem: *Etſi mea pars nemini cedit, fac ut tua cæteros vincat*. In Bruto: *Priores tamen agere partes Hortenſium*. Et pro Cœlio: *Sed iſtarum partium culpa eſt eorum qui te agere voluerunt*. Tranſlatio ab oneribus & muneribus, quorum alii alias partes ſufferunt, cum unus ferre totum nequeat. Et in Fabularum actionibus hiſtrionum *partes* ſunt, id eſt, munera & curationes, *prima, ſecunda, poſtrema*. Proverbiali igitur figura *pars* in lingua Latina dicitur impoſitum & ſuſceptum munus. Eſt & *perſona*, id eſt, πρόσωπον tranſlatum de ſcena, Perſonati enim hiſtriones fabulas agebant; repræſentata ſimilitudine eorum, in quos argumentum a poëta collatum & ſparſum eſſet. Itaque in lingua Latina omnis expreſſio & quaſi conformatio in vita, moribus, negociis, in loco, in tempore, *perſona* dicitur. De offic. lib. 1: *Intelligendum eſt etiam duabus quaſi nos a natura indutos eſſe perſonis*. Et mox: *Ac duabus hic perſonis quas ſupra dixi tertia adjungitur, quam caſus aliquis, vel tempus imponit, quarta etiam, quam nobismetipſis judicio noſtro accommodabimus*. Et apud eundem alibi *pacificatoria perſona, & perſona Africani*, &c. Eadem autem ſententia poſita eſt & in Sullana defenſione, his verbis: *Quamobrem quid eſt quod mirere, ſi cum iiſdem me in hac cauſa vides adeſſe, cum quibus in cæteris intelligis abfuiſſe? Niſi vero me unum vis ferum præter cæteros, me aſperum, me inhumanum exiſtimari, me ſingulari immanitate & crudelitate præditum. Hanc mihi tu ſi propter res meas geſtas imponis in omni vita mea perſonam, Torquate vehementer erras. Me natura miſericordem, patria ſeverum, crudelem nec patria nec natura eſſe voluit: denique iſtam perſonam vehementem & acrem, quam mihi tum tempus & reſp. impoſuit, jam voluntas & natura ipſa detraxit. illa enim ad breve tempus ſeveritatem poſtulavit, hæc in omni vita miſericordiam lenitatemque deſiderat*. Camer. Cuilibet naturam propriam ſequendam eſſe non vitioſam, nec affectandum, quod aſſequi non poſſimus, docet Cic. 1 de offic. 31, quem vide. *Gravius*.

Ac

vehemens fui, quam cogebar, non quam voleb nunc, cum omnes me cauſae ad miſericordiam atqu humanitatem vocent, quanto tandem ſtudio debec turae meae conſuetudinique ſervire? Ac de officic fenſionis meae, ac de ratione accuſationis tuae, fort etiam alia in parte orationis dicendum nobis erit. me, judices, non minus hominis ſapientiſſimi atque natiſſimi, Ser. Sulpicii conqueſtio, quam Catonis ac ſatio commovebat: qui graviſſime ac acerbiſſime fe dixit, me familiaritatis neceſſitudiniſque oblitum, c

ſaa

Ac de officio defenſionis] Tranſit a Catone dehinc ad Sulpitium. Fit autem eleganter & multum perſpicuitatis affert, cum ordine quodam expoſitio procedit, ut & meminerit auditor quid audierit, & ut ſciat de alio ſibi deinceps audiendum. Cum autem res eſt ſimplex, tranſitionibus brevibus uti licet: *Habes de Vatinio, cognoſce de Craſſo.* Vt tantummodo notetur, aliud nunc deinde dicturos nos eſſe. In cauſa autem ampliore cum contentio fuit longior, interponuntur concluſiones ſingulares, quæ dicuntur a Græcis *ἀνακεφαλαιώσεις* & *ἐπίλογοι μερικοί*, ut pro lege Manilia: *Satis mihi multa verba feciſſe videor, quare hoc bellum eſſet genere ipſo neceſſarium, magnitudine periculoſum; reſtat ut de imperatore ad id bellum deligendo ac tantis rebus præficiendo dicendum eſſe videatur.* Pro Cœlio: *In crimine ipſo nulla ſuſpicio, in*

Ser. Sulpicii conqueſtio] In Franc. M Ser. Sulpicii queſtio. Sed *conqueſtio* ret nendum. Nam hac voce uſus etiam e Cicero in 1 ad Q. frat. *Vbi nullum auxi lium, nulla conqueſtio, nullus ſenatus nulla concio.* Et Imperator Tiberius Sueton. in ejus vita cap. 7: *Compoſuit &* *carmen Lyricum, cujus eſt titulus, Con queſtio de L. Cæſaris morte.* Græv.

Catonis accuſatio] Sequitur *argumentum* quo probat factum ſuum, ducitur a diſſimili; & ratio illius a neceſſitate, quam ipſe ſibi impoſuerit, in deligendo eo vitæ genere, in quo omnia ſumma a populo Romano ſe conſecuturum eſſe ſperaret. Vbi & ὑπόθεσιν removet commemoratione incommodorum, id eſt, turpitudinis & improbitatis, & hanc cauſam præ reliquis ſibi defendendam dicit. Sequitur exemplum Servii, quo utitur contra ipſum. Id cum ad factum

ſam L. Murenae contra ſe defendere. Huic ego, judices, ſatisfacere cupio, voſque adhibere arbitros. Nam cum grave eſt vere accuſari in amicitia, tum etiam ſi falſo accuſeris, non eſt negligendum. Ego, Servi Sulpici, me in petitione tua tibi omnia ſtudia atque officia pro noſtra neceſſitudine & debuiſſe confiteor, & praeſtitiſſe arbitror. nihil tibi, conſulatum petenti a me defuit, quod eſſet aut ab amico, aut a gratioſo, aut a conſule poſtulandum. abiit illud tempus: mutata ratio eſt: ſic exiſtimo, ſic mihi perſuadeo, me tibi contra honorem L. Murenae, quantum tu a me poſtulare auſus ſis, tantum debuiſſe: contra ſalutem, nihil debere. Neque enim ſi tibi tum, cum peteres conſulatum, aſſui, idcirco nunc, cum Murenam ipſum petas, adjutor

claritatem conſuetudo attulit, ſummam vero neceſſitudinem magna ejus officia in me & in exercitum meum effecerunt. Camer.

Arbitros] Egregie facit arbitros, judices ejus rei, quæ extra cauſam eſſet. *Arbitros* enim judices honorarios quoſdam dixere, ut notum eſt. *Idem.*

Studia atque officia] *Studium* eſt cupiditatis & propenſionis: *officium* voluntatis & conſilii. In altero igitur hominis, in altero rei eſt ſuſpectus, habetque *ſtudium* gratificationem; *officium* rationem. *Idem.*

A me defuit] Vt, *deſperare ab aliquo. Spem eſſe a Conſulibus.* Item: *Habemus a Cæſare ſententiam.* Catilin. IV. Et pro Archia: *Ergo ille corporis motu tantum amorem ſibi conciliarat a nobis omnibus.* Et pro Cluentio: *Legat grandem pecuniam a filio, ab ſecundo herede nihil legat.* Idem.

Cum Murenam ipſum petas] Id eſt, *impetas.* Pro Ligario; *Cujus latus mucro petebat.* Virgil. *Solumque per omnes Volſcentem petit.* Eſt autem elegans ejuſdem verbi in alia ſignificatione repetitio; quam παρονομασίαν Græci, & aliqui πλοκὴν, & ἀντανάκλασιν vocant, Latini *Agnominationem* interpretati ſunt, in qua pæne immodici priſci fuere, ut Plautus Epidico: *Is amicus eſt, qui in re dubia, re juvat, ubi re eſt opus*, id eſt, πράγμασι, ἔργῳ, χρήμασι. Hæc autem figura verborum affert aliquid ſenſus acrioris. Vt Terent. *Vir ego tuus ſum? tu virum me aut hominem deputas adeo eſſe?* ideoque & inter figuras τῆς δεινότητος Græci ponunt. Vt apud Demoſthenem, ἀλλὰ παρεχώρησε. ἐγὼ δὲ οὐ τοῦτο δέδοικα, εἰ Φίλιππος ζῇ ἢ τέθνηκεν, ἀλλ' εἰ τῆς πόλεως τέθνηκε τὸ μισεῖν τοὺς ἀδικοῦντας καὶ τιμωρεῖσθαι. Et de rebus Cherſoneſi. ὑμῶν δὲ οἴκοι μενόντων, μελλόντων, ἀγόντων, ὑγιαινόντων, εἰ δεῖ τοὺς τὰ τοιαῦτα ποιοῦντας ὑγιαίνειν φῆσαι. Quin etiam eodem in verbo, in quo duo atque ea diverſa intelligantur hæc figura videtur eſſe, ut pro Roſcio Amerino: *Quid poſtea? neſcimus per iſta tempora eoſdem fere ſectores fuiſſe collorum & bonorum?* Eſt autem genus ambiguitatis, quam Græci ἀμφιβολίαν vocant in his omnibus, quæ & in jocis frequentari ſolet. Nam in quibus hæc diverſitas ſignificationis non reperitur, neque manifeſta eſt, ea per traductionem figurari malunt. Græci etiam aliqui διαφορὰν vocarunt. *Idem.* Invectiva in Catilinam prima: *Quotieſcunque me petiiſti, per me tibi obſtiti.* Id. in ead. *Nunc jam aperte rem publicam univerſam petis.* Sylv.

Ca-

jutor eodem pacto eſſe debeo. Atque hoc non m
non laudari, ſed ne concedi quidem poteſt, ut am
noſtris accuſantibus, non etiam alieniſſimos defendam
4 Mihi autem cum Murena, judices, & vetus, & mag
amicitia eſt, quae in capitis dimicatione à Ser. Sulpici
non idcirco obruetur, quod ab eodem in honoris conten-
tione ſuperata eſt. Quae ſi cauſa non eſſet, tamen ve
dignitas hominis, vel honoris ejus, quem adeptus eſt
amplitudo, ſummam mihi ſuperbiae crudelitatiſque fa-
mam inuſſiſſet, ſi hominis, & ſuis, & populi Romani or-
namentis ampliſſimi cauſam tanti periculi repudiaſſem. Neque enim jam mihi licet, neque eſt integrum, ut meum laborem, hominum periculis ſublevandis non impertiam. Nam cum praemia mihi tanta pro hac induſtria ſint data, quanta antea nemini: labores, per quos ea ceperis, cum adeptus ſis, deponere, eſſet hominis & aſtuti & ingrati.

Quod

Capitis dimicatione] Certamine, de *ſalute*, & eſt ad pœnam legis referendum, quam graviſſ. fuiſſe in hac oratione ipſa ſignificatur. Exilium certe fuiſſet ſubeundum Murenæ damnato, quo omnis illi dignitas fuiſſet erepta; Immo ipſe everſus perdito ſtatu ſuo in civitate. Ita ut de exilio ſuo Cicero ad Lentulum: *Nam etſi minore in re violatur tua dignitas, quam mea ſalus afflicta ſit*; etſi a quibuſdam hæc aliter legi ſcio. In inſtitutioni-

In honoris contentione] In petitione Conſulatus. *Contendere* enim eſt petere. *Sylvius.*

Crudelitatiſque famam inuſſiſſet] Guilielmius conjiciebat *infamiam*. Grut.

Præmia mihi tanta] De hac re Cicero cum alibi, tum vero contra Piſonem glorioſe dixit his verbis: *Me cum quæſtorem in primis, ædilem priorem, prætorem primum cunctis ſuffragiis pop. Rom. faciebat, homini illi honorem, non generi, moribus,*

ıod ſi licet deſinere, ſi te auctore poſſum, ſi nulla rtiae, nulla ſuperbiae turpitudo, nulla inhumanita- culpa ſuſcipitur, ego vero libenter deſino. Sin au- ı fuga laboris deſidiam, repudiatio ſupplicum ſu- biam, amicorum neglectio improbitatem coarguit: ıirum haec cauſa eſt ejuſmodi, quam nec induſtrius, miſericors, nec officioſus deſerere poſſit. Atque uſce rei conjecturam de tuo ipſius ſtudio, Servi, llime ceperis. Nam ſi tibi neceſſe putas, etiam ad- ſariis amicorum tuorum de jure conſulentibus reſ- ıdere: &, ſi turpe exiſtimas, te advocato, illum ım, quem contra veneris, cauſa cadere: noli tam injuſtus, ut, cum tui fontes vel inimicis tuis pa- nt, noſtros rivulos etiam amicis putes clauſos eſſe ırtere. Etenim, ſi me tua familiaritas ab hac cauſa ıoviſſet, &, ſi hoc idem Q. Hortenſio, M. Craſſo, cla-

ulla inertia] Viſum eſt aliquid deeſſe .oco eruditis quibuſdam, ut, *nota*, *macula*: Credo ut cum ſequentibus per disjunctionem commaticam :tis & hæc conſentirent, idque no- quoque probatur. *Camer.* *Nulla a, nulla*] Videtur hic deeſſe vox a poſt, *inertia*: alioqui claudicat o. ita autem conſtaret ſuis omnibus eris ac membris, ſi ita legeretur: *lla inertiæ nota, nulla ſuperbiæ turpi-* &c. Lambinus. *Si nulla inertiæ, ſuperbiæ, &c.*] Sic Pall. omn. & e- Lambinus addebat de conjectura, *a nota*. Gruterus.

autem] Εὐκαιτίωσις ὑποθετική. Sed locum melius & elegantius ita re- in Veneta exemplorum editione: *utem fuga laboris deſidiam, repud. &c.* merarius.

quam nec induſtrius, nec miſericors] Sic in libris vulgatis, *quam nec induſtrius, nec miſericors*, &c. ego hoc, *quam*, d eſt ante, *nec miſericors*, de medio li. *Lambinus.* *Quam nec induſtrius, miſericors*] Ita ſolum Pall. pr. nam repetunt, *quam nec miſericors*, ut & ſtius caſi. unde ſuſpicabatur Guiliel- mius ſyllaba inſerta legi poſſe, *quam nec induſtrius quiſquam, nec miſericors*. Grut. In Francii legitur, uti lectum olim fuiſſe monet Lambinus. Sed alteri *quam* ab eadem manu ſuppoſita erant puncta, quæ nota ſignificat in illo libro hanc vocem delendam eſſe.

Illum ipſum, quem contra veneris] Cui de jure conſulenti reſponderis, & con- tra quem, ab amico tuo advocatus ve- neris. *Lambinus.*

Noſtros rivulos] Hæc vera eſt ſcriptura. Eleganti autem ironia ſuam partem in republica elevavit verbis, & Servianam extulit, In quibus eſſet ſignificatio co- piæ atque exilitatis. iiſdem tranſlatio- nibus eſt uſus in Cæliana: *Tum quærant denique ex quo iſte fonte Senator emanet; Nam ſi ipſe orietur & naſcetur ex ſeſe, for- taſſe ut ſoleo commovebor. Sin autem ut ri- vulus arceſſitus & ductus ab ipſo capite ac- cuſationis veſtræ*; &c. Camerar.

Q. Hortenſio, M. Craſſo] Hos defenſo- res fuiſſe & ipſos Murenæ veriſimile ſit, quos generaliter ſignificat poſtea, ubi dicit: *Nunc mihi tertius ille locus eſt ora- tionis de ambitus criminibus, perpurgatus ab iis, qui ante me dixerunt, a me, quo- niam*

clariſſimis viris, ſi item ceteris, a quibus intelligo tuam gratiam magni aeſtimari, accidiſſet: in ea civitate conſul deſignatus defenſorem non haberet, in qua nemini umquam infimo majores noſtri patronum deeſſe voluerunt. Ego vero, judices, ipſe me exiſtimarem nefarium, ſi amico; crudelem, ſi miſero; ſuperbum, ſi conſuli defuiſſem. Quare quod dandum eſt amicitiae, large dabitur a me, ut tecum agam, Servi, non ſecus ac ſi meus eſſet frater, qui mihi eſt cariſſimus, iſto in loco. quod tribuendum eſt officio, fidei, religioni, id ita moderabor, ut meminerim me contra amici ſtudium pro
5 amici periculo dicere. Intelligo, judices, tres totius accuſationis partes fuiſſe, & earum unam in reprehenſione vitae, alteram in contentione dignitatis, tertiam in criminibus ambitus eſſe verſatam. Atque harum trium par-

niam ita Murena voluit, retractandus. Vnam autem cauſam defendi a pluribus & alias agi ab aliis partes ſolitas, oſten-

Quare quod dandum] Concluſio blanda, cum eleganti contentione, poſito ſtudio contra periculum. *Idem.*

[redacted]

partium prima illa, quae graviſſima eſſe debebat, ita fuit infirma & levis, ut illos lex magis quaedam accuſatoria, quam vera maledicendi facultas de vita L. Murenae dicere aliquid coegerit. Objecta eſt enim Aſia: quae ab hoc non ad voluptatem & luxuriam expetita eſt, ſed in militari labore peragrata. qui ſi adoleſcens patre ſuo imperatore non meruiſſet, aut hoſtem, aut patris imperium timuiſſe, aut a parente repudiatus videretur. An, cum ſedere in equis triumphantium prae-

vertit. E conviciis aſſumit unum præcipuum & ad refutandum maxime illuſtre, ſaltationis. quo repellendo integritatem & probitatem eximiam conſtituit rei, & hanc ſecuturæ defenſioni quaſi ſupponit. Eſt autem argumentatio tota ducta a magnitudine dedecoris & honeſtate Murenæ, quæ repugnantia ſunt. *Camerar.*

Lex magis quadam accuſatoria] Id eſt, mos & conſuetudo ſeu ratio, ut paulo ſupra: *Non quod legem de ambitu tuli, certe ita tuli, ut eam quam mihimetipſi jampridem tulerim non abrogarem.* Et in oratore, *Hanc ad legem nobis formanda oratio eſt.* Idem. *Lex magis quadam accuſatoria*] Solent accuſatores anteactæ vitæ crimina reo objicere, quo magis credibile ſit crimen id, quod cauſæ proprium eſt, eaque maledicta Cicero appellat pro M. Cœlio. Id autem tam obſervare ſolent accuſatores, quam quod maxime. Itaque accuſatoria quædam lex eſſe videtur. Leges enim ſanctæ ſunt, quas violari non licet. ideoque, quia dicendi præcepta perpetua non ſunt, negat Quintilianus legibus plebiſve ſcitis ſancta eſſe ſua de ratione dicendi præcepta. *Sylvius.*

Objecta eſt enim Aſia] Aſia omnibus libidinum illecebris repleta eſt, ut ait T. Livius lib. XXXIV. Inde Romanam luxuriam ortam fuiſſe idem ſcribit libro XXXIX, cap. 6. Vix tamen illa quæ tum videbantur, ſemina erant futuræ luxuriæ. Prudentius fecit Spartana civitas: quæ ut ait Valer. Max. lib. II de inſtitutis antiquis, *Severiſſimis legibus Lycurgi obtemperans aliquamdiu civium ſuorum oculos a contemplanda Aſia retraxit; ne illecebris ejus capti ad delicatius vitæ genus prolaberentur. Audierunt enim lautitiam inde & immodicos ſumptus & omnia non neceſſaria voluptatis genera fluxiſſe.* Sylvius.

Quæ ab hoc non ad voluptatem] Hanc proprie dici volunt διαλλαγὴν, id eſt, quemadmodum, interpretatur auctor Rhetoricæ ad Herennium, *disjunctionem*, cum ea quæ dicuntur certis verbis, concluduntur & definiuntur, ut paulo poſt: *Non Aſiam nunquam vidiſſe, ſed in Aſia continenter vixiſſe, laudandum eſt.* Eſtque in his contrarium ſeu ἐναντίωσις. Camerarius.

Qui ſi adoleſcens] Omnia inhoneſta, quæ militia ſua & ſtipendiis ſub patre Murena ſcilicet vitavit. An non autem adjuvaret ille patrem in triumpho promerendo & ſua virtute amplitudinem paternam illuſtraret, cum pueri in currum triumphalem imponi, & participes fieri ornamentorum paternorum ſolerent. Locus in his *a minore*. *Mereri* autem nimirum ſtipendia, id eſt, militare, plenum eſt, ut in Cæliana; *ſi ſtatim mereri ſtipendia cœperamus*, & mox, *meruiſſe autem ſtipendia*, &c. Quod tempus erat ſumtæ togæ puræ, ut ex eadem oratione colligi poteſt. *Idem.*

Sedere in equis triumphantium prætextati] Moris erat, ut qui triumphans in urbem introibat, liberos ac cognatos utriuſque ſexus, ſiquidem prætextati eſſent, in curru juxta ſe haberet, ſin grandiores eſſent, equis jugalibus ſunalibuſque

praetextati potiſſimum filii ſoleant, huic donis militaribus patris triumphum decorare fugiendum fuit, ut rebus communiter geſtis paene ſimul cum patre triumpharet? Hic vero, judices, & fuit in Aſia, & viro fortiſſimo, parenti ſuo magno adjumento in periculis, ſolatio in laboribus, gratulationi in victoria fuit. Et, ſi habet Aſia ſuſpicionem luxuriae quandam, non Aſiam numquam vidiſſe, ſed in Aſia continenter vixiſſe, laudandum eſt. Quamobrem non Aſiae nomen objiciendum Murenae fuit, ex qua laus familiae, memoria generi, honos & gloria nomini conſtituta eſt: ſed aliquod aut in Aſia ſuſceptum, aut ex Aſia deportatum flagitium ac dedecus. Meruiſſe vero ſtipendia in eo bello, quod tum populus Romanus non modo maximum, ſed etiam ſolum gerebat, virtutis: patre imperatore libentiſſime meruiſſe, pietatis: finem ſtipendiorum patris victoriam ac triumphum fuiſſe, felicitatis fuit. maledicto quidem idcirco nihil in hiſce rebus loci eſt, quod [redacted]

Cato. Maledictum eſt, ſi vere objicitur, vehementis accuſatoris: ſin falſo, maledici conviciatoris. Quare cum iſta ſis auctoritate, non debes, M. Cato, arripere maledictum ex trivio, aut ex ſcurrarum aliquo convicio, neque temere conſulem populi Romani ſaltatorem vocare: ſed conſpicere, quibus praeterea vitiis affectum eſſe neceſſe ſit eum, cui vere iſtud objici poſſit. Nemo enim fere ſaltat ſobrius, niſi forte inſanit: neque in ſolitudine, neque in convivio moderato atque honeſto. tempeſtivi convivii, amoeni loci, multarum deliciarum

defenſio & Sex. Roſcii eſt. Vbi & hoc dicitur: *Vt non omnem frugem neque arborem in omni agro reperire poſſis, ſic non omne facinus in omni vita naſcitur.* Itemque Sullana, ubi hoc: *Omnibus in rebus judices quæ graviores majoreſque ſunt, quid quisque voluerit, cogitarit, admiſerit, non ex crimine, ſed ex moribus ejus, qui arguitur, eſt ponderandum.* Camer. Forte *ſpatiatorem* legendum. vide Macrob. III, 64, & Feſt. in *ſpatiorem.* P. Pithœus. *Saltator* hic eſt hiſtrio. Non enim quævis ſaltatio Romæ turpis erat & probroſa, ſed hiſtrionica, & mollior, ut multis docui ad 1 Cic. de offic. cap. 42. *Grævius.*

Maledictum eſt] Cicero *maledictum* & *accuſationem* in Cæliana diſcernit his verbis: *Sed aliud eſt maledicere, aliud accuſare. Accuſatio crimen deſiderat, rem ut definiat, hominem ut notet, argumento probet, teſte confirmet. Maledictio autem nihil habet propoſiti præter contumeliam, quæ, ſi petulantius jactatur convicium, ſi facetius urbanitas nominatur.* Camer.

Scurrarum aliquo convicio] Moriones & *βωμολόχοι* a Græcis *ſcurræ* dicuntur leve hominum genus & ridiculum, & verbum *ſcurror* apud Horatium. *Idem.* *Aut ex ſcurrarum aliquo convivio*] Sic repoſui, conjectura ductus, cum libri & vulgati & manuſcr. omnes habeant, *convicio.* Non eſt autem ſcurrarum, conviciari, ſed in conviviis ſalſe & facete & urbane in aliquem dicere. *Lambinus.* *Aut ex ſcurrarum aliquo convicio*] Lambinus repoſuerat, *convivio*, tanquam ibi locus proprie ſcurrarum. ſed largiter errat. ſcurræ fere erant, qui creditum flagitabant per vias, aſſectabanturque obvios. unde lux accedit Suetonio capite LVII de vita Tiberii. *Gruterus.*

Sed conſpicere] Quidam legi volunt, *conſiderare.* Lamb. *Sed conſpicere*] Non male conjicit Guilielmius, *ſed circumſpicere.* Gruterus.

Tempeſtivi convivii] Sic legendum, non, *intempeſtivi*, ut quidam indocti repoſuerunt, neque id uno loco, ſed pluribus. tempeſtiva autem convivia dicebantur, quæ certo diei tempore agitabantur: erantque appariatiora, & in multam noctem producebantur, & adhibebantur plures convivæ. idem pro Archia poëta: *Quantum alii tribuunt tempeſtivis conviviis, quantum denique aleæ, quantum pilæ,* &c. idem in Catone: *Tempeſtivis conviviis delector.* Sic autem habent libri veteres, quomodo edendum curavimus. *Lamb.* *Tempeſtivi convivii, amœni loci, &c.*] Citant paſſim hunc locum Critici, tanquam ſcriptum eſſet, *intempeſtivi.* ſed alterum profecto inveni in omnibus Pall. eratque in exemplari S. Victoris. adeo ut mirari ſatis nequeam contrarium inhærere omnibus editionibus ætatis priſcæ. fuiſſe autem *convivium tempeſtivum*, quod longe ante horam ſuam inſtituebatur, &c. diu eſt quod nos docuit eximius ille noſter I. Lipſius ad XIV Annal. Taciti; cui adquieſco. *Grut.* Vere Lambinus & Gruterus. Quamvis autem Francii liber ſcribat *intempeſtivi convivii*, ut & editio antiquior Mediolanenſis,

liciarum comes eſt extrema ſaltatio. Tu mihi arripis id, quod neceſſe eſt omnium vitiorum eſſe poſtremum: relinquis illa, quibus remotis, hoc vitium omnino eſſe non poteſt. nullum turpe convivium, non amor, non comiſſatio, non libido, non ſumtus oſtenditur. &, cum ea non reperiantur, quae voluptatis nomen habent, quaeque vitioſa ſunt: in quo ipſam luxuriam reperire non potes, in eo te umbram luxuriae reperturum putas? Nihil igitur in vitam L. Murenae dici poteſt? nihil, inquam, omnino, judices. Sic a me conſul deſignatus defenditur, ut ejus nulla fraus, nulla avaritia, nulla perfidia, nulla crudelitas, nullum petulans dictum in vita proferatur. Bene habet: jacta ſunt fundamenta defenſionis. Nondum enim noſtris laudibus, quibus utar poſtea, ſed prope inimicorum confeſſione, virum bonum
7 atque integrum hominem defendimus. Quo conſtituto, faci-

lanenſis, illis tamen omnino eſt ſubſcribendum, qui præ ſe ferunt, *tempeſtivi.*

Nihil, inquam, omnino judices] Quidam iterandum, *nihil*, exiſtimant, &

[redacted]

facilior eſt mihi aditus ad contentionem dignitatis: quae pars altera fuit accuſationis. Summam video eſſe in te, Servi Sulpici, dignitatem generis, integritatis, induſtriae, ceterorumque ornamentorum omnium, quibus fretum ad conſulatus petitionem aggredi par eſt. Paria cognoſco eſſe iſta in L. Murena, atque ita paria, ut neque ipſe dignitate vinci potuerit, neque te dignitate ſuperarit. Contemſiſti L. Murenae genus: extuliſti tuum. Quo loco ſi tibi hoc ſumis, niſi qui patricius ſit, neminem bono eſſe genere natum, facis, ut rurſus plebs in Aventinum ſevocanda eſſe videatur. Sin autem ſunt amplae & honeſtae familiae plebejae, & proavus L. Murenae, & avus, praetores fuerunt, & pater cum ampliſſime atque honeſtiſſime ex practura triumphaſſet, hoc faciliorem huic gradum conſulatus adipiſcendi reliquit, quod is jam patri debitus a filio petebatur. Tua vero nobilitas, Servi Sulpici, tametſi ſumma eſt, tamen hominibus litteratis & hiſtoricis eſt notior, populo vero & ſuffragatoribus obſcurior. Pater

vocant *ἀξίωμα*. deinde, etſi concedit antiquius & nobilius eſſe Servii genus, tamen & Murenam bono honeſtoque loco ortum aſſerit. Tandem, ne ſpectandam quidem vetuſtatem nobilitatemque generis docet, neque aliquid præcipui momenti habere in honoribus adipiſcendis oportere, ſed virtutem. In quo utitur cum aliorum exemplis, tum etiam ſuo, atque ita deinceps ad vitæ & ſtudiorum comparationem progreditur. *Camerarius.*

Patricius] *Patres*, inquit Livius ab honore, *patriciique* eorum progenies appellati. Vbi mirabiliter eſt callida defenſio, cum Cicero ſignificet ne Sulpicium quidem *patricium* eſſe, quippe Equite progenitum, qui ordo infra Senatorium certe fuit. Sed *patricios* majores habuerat, huic antiquæ & in vulgus ignotæ claritati, præſentem & celebratum ſplendorem Murenæ opponit. Eſt autem jocus in mentione ſeceſſionis in Aventinum, quem plebs R. quondam graviſſ. & intolerabilibus injuriis a Decemviris affecta occupavit, cum hi creati legum conſcribendarum cauſſa dominationem pluſquam Regiam in pleb. R. exercerent. Commoverat autem primum legiones in Algido Virginius, cujus filiam Appius ad libidinem concupiverat, quibus exercitus mox e Sabinis acceſſit, ut expoſuit copioſe Livius libro III. Etſi nihil prohibet de illa ſeceſſione, quæ & a Livio ita nominatur, hoc accipi, cum leges ſacratæ latæ & Tribuni plebis primum creati fuere. Hanc enim Piſo, ut ait Livius, auctor eſt, in Aventino factam eſſe. Eſt autem Ironia qua illam jactationem nobilitatis Sulpitianam eludit atque deridet. *Idem.*

Facis, ut rurſus plebes] Sic habet vetus liber. neque dubium eſt, quin ita legendum ſit. ita enim veteres, eos dico, qui ætate Ciceronis vixerunt, loquebantur. *Lambinus.*

[redacted]

Pater enim fuit equeſtri loco: avus nulla illuſtri laude celebratus. Itaque non ex ſermone hominum recenti, ſed ex annalium vetuſtate eruenda eſt memoria nobilitatis tuae. Quare ego te ſemper in noſtrum numerum aggregare ſoleo, quod virtute induſtriaque perfeciſti, ut, cum equitis Rom. eſſes filius, ſumma tamen amplitudine dignus putarere; nec mihi umquam minus in Q. Pompejo, novo homine, & fortiſſimo viro, virtutis eſſe viſum eſt, quam in homine nobiliſſimo, M. Aemilio. Etenim ejuſdem animi atque ingenii eſt, poſteris ſuis, quod Pompejus fecit, amplitudinem nominis, quam non acceperit, tradere; &, ut Scaurus, memoriam prope inter mortuam generis ſui vir-

Pater enim fuit equeſtri loco] Hunc Sulpicium fuiſſe patritium ante ſignificavit. Id etiam dicit Pomponius Iuriſconſ. lib. Digeſt. 1 de origine juris. Inde conjicere licet, nonnullos equeſtri genere natos eſſe patritios. *Sylvius.*

[redacted]

cuti ſunt, qui ſine ullis ornamentis monimenta ſolum temporum, hominum, locorum, geſtarumque rerum reliquerunt. Itaque qualis apud Graecos Pherecides, Hellanicus, Acuſilaus fuit, aliique permulti, talis noſter Cato & Pictor & Piſo, qui neque

[redacted]

virtute renovare. Quamquam ego jam putabam, judi- 8
ces, multis viris fortibus ne ignobilitas objiceretur generis, meo labore eſſe perfectum: qui non modo Curiis, Catonibus, Pompeis, antiquis illis, fortiſſimis viris, novis hominibus, ſed his recentibus, Mariis, & Didiis, & Coeliis commemorandis jacebant. Cum ego vero tanto intervallo clauſtra iſta nobilitatis refregiſſem, ut

ſcribitur libri LXX. Sed quicumque fuerit, Cicero *nobilitatem renovaſſe* dicit M. Æmilium Scaurum. Plutarchus autem primum in familiam ſuam intuliſſe in libello *de Fortuna Romanorum* his verbis, Αἰμίλιος δὲ Σκαῦρος ἐκ ταπεινοῦ βίου καὶ ταπεινοτέρου γένους καινὸς ἄνθρωπος ἀρθεὶς ὑπ' αὐτῆς προγράφεται τῆς μεγάλης συνεδρείας. Illum *Scaurum* ait, qui humili vita, genere etiam humiliore, homo novus eſſet, a fortuna elatum quaſi ducem fuiſſe illius magni cœtus qui comitaretur fortunam. Cicero pro rege Dejot. *M. Scaurum* principem civitatis appellat. Sed rem explicat Aſconius apud quem hujuſmodi quædam leguntur: *M. Scaurus ita fuit patricius, ut tribus ſupra ætatibus jacuerit domus ejus fortuna, nam neque pater, neque avus, neque etiam proavus, ut puto propter tenues opes & nullam vitæ induſtriam, honores adepti ſunt.* Itaque M. Scauro æque ac novo homini laborandum fuit. Vocarunt autem certe *homines novos* non modo ignobiles ipſos, ſed nullis etiam majorum imaginibus commendatos. Eos Græci interpretantes Latinam vocem καινοὺς dixere, Plut. in Catone Cenſorio: Εἰωθότων δὲ Ῥωμαίων τοὺς ἀπὸ γένους δόξαν οὐκ ἔχοντας, ἀρχομένους δὲ γνωρίζεσθαι δι' αὑτῶν, καινοὺς προσαγορεύειν ἀνθρώπους, ὥσπερ καὶ τὸν Κάτωνα προσηγόρευον, αὐτὸς ἔλεγε, καινὸς εἶναι πρὸς ἀρχὴν καὶ δόξαν, ἔργοις δὲ προγόνων καὶ ἀρεταῖς παμπάλαιος. Id eſt, *Cum autem Romani eos quibus generis laus deeſſet, quique ipſi per ſe inciperent celebrari, novos homines ſolerent appellare, quemadmodum & Catonem appellabant, dicebat ipſe eſſe novum ſe quod ad honores & exiſtimationem attineret, rebus autem geſtis majorum & virtute perantiquum.* Cam. Locum hunc Plutarchi non intellexit vir magnus, hoc dicit Plutarchus, fortunam extuliſſe Scaurum humili genere ortum, ut princeps magni conſeſſus, hoc eſt ſenatus, diceretur, ſeu proſcriberetur in tabulis nimirum cenſorum, qui ſenatum legebant. *Gravius.*

Iacebant] Quaſi proſtrati & fuſi. Vt *præterea jacet exanimum tibi corpus amici.* Et κεῖται Πάτροκλος, & κεῖτο ταθείς, & ἐνταυθοῖ νῦν κεῖτο. Et, *Iſtic nunc metuende jacet*, & mox, *jacet, diffidit.* Attic. lib. XI: *Tanto me dolore affecit ut poſtea jacuerim.* Pro Flacc. *Qui tamen, ut opinor, jacent victi.* Contra *ſtare*, firmum eſſe notat & rectum. Attic. lib. VI: *Stante Pompejo vel etiam ſedente, & ſtat hæc urbs.* Vel neglectio ſignificatur. Vt Verr. III: *Sed etiam jacent in tenebris*, & κεῖται παρ' νήεσσι νέκυς ἄκλαυτος ἄθαπτος, ιλ. χ. & οδ. ρ δὴ τότε κεῖτ' ἀπόθεστος. de cane Vliſſis. *Camer.* *Iacebant*] Id eſt ad honoris amplitudinem non erigebantur, id eſt, Conſules non fiebant. Sententia autem eſt, ante me Conſulem viri fortes, ſed ignobiles, cum petebant Conſulatum non adipiſcebantur, quamvis commemorarent multos ignobiles, virtute præditos, qui Conſulatum ſint adepti, ut Curium, Catonem. *Sylv.*

Clauſtra nobilitatis] A *claudo* eſt *clauſtrum*, ut a *rodo roſtrum*, *plaudo plauſtrum.* Penes ſe autem quaſi incluſum, conſulatum habuiſſe nobiles ſignificat, ut manifeſte dicit contra Rull. *Et eum locum quem nobilitas firmatum præſidiis atque omni ratione obvallatum tenebat, me duce reſcidiſtis.* Camerar. *Clauſtra nobilitatis*] Tanquam in nobilium poſſeſſionem conſulatus venerit. Eum enim ita perti-

ut aditus ad conſulatum poſthac, ſicut apud majores noſtros fuit, non magis nobilitati, quam virtuti pateret: non arbitrabar, cum ex familia vetere & illuſtri conſul deſignatus ab equitis Rom. filio conſule defenderetur, de generis novitate accuſatores eſſe dicturos. Etenim mihi ipſi accidit, ut cum duobus patriciis, altero improbiſſimo, atque audaciſſimo, altero modeſtiſſimo, atque optimo viro peterem, ſuperavi tamen dignitate Catilinam, gratia Galbam. Quod ſi id crimen homini novo eſſe deberet, profecto mihi neque inimici neque invidi defuiſſent. Omittamus igitur de genere dicere, cujus eſt magna in utroque dignitas: videamus cetera. Quaeſturam una petiit, & ſum

naciter retinebant & quaſi includebant, ut ad ignobiliores egredi non paterentur. *Sylvius.*

Sicut apud majores] Conſulatus communicatus cum plebe An. ab V. C. circiter CCCXC. Primus Conſul ex plebe

latus, de quibus ſingulatim ſuo quoque loco plura dicemus. *Idem.* *Quaeſturam una petiit, &c.*] Hottomannus lib. 1 obſervat. cap. XXXVII. putat hunc locum verſibus aliquot eſſe mutilatum, in quibus de comitiorum conſuetudine, &

ego factus prior. Non eſt reſpondendum ad
neque enim quemquam veſtrum fugit, cum
pares dignitate fiant; unus autem primum
oſſit obtinere: non eundem eſſe ordinem
tis & renuntiationis: propterea quod renun-
gradus habeat: dignitas autem ſit perſaepe ea-
mnium. Sed quaeſtura utriuſque propemo-
ri momento ſortis fuit. Habuit hic lege Titia
pro-

ior] Diſſimulanter Cicero in
uſionis cura verſatur, quod
at. Alibi tamen de his, quæ
uat, vel tollit potius, ipſe glo-
in Piſonem, & pro lege Ma-
*cum propter dilationem comi-
vator primus centuriis cunctis re-
um.* Camerar.

tri pares dignitate] Pall. duo
ri dignitate, nam in tertio hæc
unt, neque etiam conſpiciun-
tionibus duabus primis anni
XIII & LXXXIIX. ſed &
liber habet *pare*; adeo ut
candum videatur. *Gruterus.*
: pro vulgata.

tem primum ſolus poſſit obtinere]
primus, ſed fruſtra. *primum*
cte dicitur, ut ſit nomen a
n adverbium. videatur tamen
nus libro II Obſervat. cap. 12.
habet pro mutilo. *Gruterus.*
otavit Lambinus ad illa verba
una petiit.

mento ſortis fuit] Vt ſupra *mo-
orum omnium*, ſed ad ſuperio-
nunc addere libuit, id videri
dixiſſe Latinos, quod Græcis
, ut Demoſth. ad epiſt. Philip.
ἡ γὰρ ἡ Μακεδονικὴ δύναμις
ἀρκὴς μέρος ῥοπὴν ἔχει τινὰ ἐ
*omnino copia Macedonica in ac-
rte momentum aliquod habet &*
mox, Μεγάλη γὰρ ῥοπή, μᾶλ-
λον, ἡ τύχη ἐστὶ πρὸς ἅπαντα
ἀνθρώπων πράγματα. *Magnum
entum rerum humanarum vel po-
in fortuna conſiſtunt.* Camerar.
tis & generis ejuſdem provin-
rum utramque fuiſſe Italicam,
quas tum temporis non magni faciebant.

Lege Titia] De hac lege quærendum amplius. *Camer.* *Lege Titia*] Hæc lex quæ ſit legere non memini. Licet tamen conjicere ex ſenatuſconſulto quo provinciarum facta ſortitio eſt, ab aliquo Conſule Titio latam eſſe legem. Nam ex SC. leges non nunquam ferebant Conſules. *Sylvius.* Non credo a Conſule aliquo latam eſſe illam legem, ſed potius a quodam tribuno plebis, ut Gabinia lege bellum piraticum Pompejo, Vatinia Iulio Cæſari Gallia, Clodia Rabirio Syria fuit data. Quæſtores æque ut Proconſules aut Proprætores, cum facti eſſent comitiis tributis, ex S. C. ſortiebantur provincias, aut ſi ſors non obſervaretur, extra ordinem lege aliqua, id eſt plebiſcito eas ſibi parabant, ut docuit Sigon. III Provinc. cap. I, & id probat ex II Philipp. *Quæſtor*, inquit, *es factus, deinde continuo ſine S. C. ſine ſorte, ſine lege ad Cæſarem cucurriſti.* & ex epiſt. ad Atticum: *Pompejus Q. Caſſium quæſtorem ſine ſorte delegit, Cæſar Antonium, ego Calium ſorte datum offenderem.* De variis legibus Titiis multa quidem Ant. Auguſtin. de legibus, & Fr. Hotoman. nec non Frider. Brummerus ad legem Cinciam, cap. I, ſed de hac cujus hic fit mentio, nihil annotarunt. Verum Steph. Pighius in faſtis Romanis ad annum 488, exiſtimat C. Titium trib. pl. illo anno legem tuliſſe, de quæſtorum numero duplicando, & provinciis quæſtoriis augendis ſortiendiſque ex S. C. Hanc eſſe illam legem, quam hic Cicero dicat Titiam. Nihil adhuc probabilius a quoquam eſt allatum, quamvis ſit mera conjectura. *Grav.*

Pro-

provinciam tacitam & quietam: tu illam, cui cum quaeſtores ſortiuntur, etiam acclamari ſolet, Oſtienſem, non tam gratioſam & illuſtrem, quam negotioſam & moleſtam. Conſedit utriuſque nomen in quaeſtura. nullum enim vobis ſors campum dedit, in quo ex-

Provinciam tacitam] Pighius noſter libro VI Faſtorum putat hic excidiſſe nomen provinciæ, aut ſane negligenter ab Oratore præteritam; qui conſulatur junioribus, ſuper illo: *cui etiam adclamari ſolet*, quod ſtatim ſequitur. *Gruterus*. *Tacita provincia* vocatur, quia fuit una ex provinciis quatuor Quæſtoriis Italiæ, in qua nulla rerum materia. Imitatus eſt hunc locum Tacitus in vita Agricolæ cap. 6: *Mox inter quæſturam ac tribunatum plebis, atque etiam ipſum tribunatus annum quiete & otio tranſiit*, &c. *Idem præturæ tenor & ſilentium*. Græv.

Etiam acclamari ſolet] Cicero indicat oblique Oſtienſem illam ſuam inter aquarias & contemtas vulgo fuiſſe habitam, quod arte quadam Oratoria diſſimulat in altera ſui Murenæ, quem de-

cum & Torrentius ad Iulium Suetonii ad cap. 19. Dicebatur eadem *Aquaria*, & *frumentaria*, quia ad Quæſtorem Oſtienſem, cujus Cicero meminit in Seſtiana, pertinebat cura adportationis frumenti, & rei maritimæ in mari infero, ut oſtendit Lipſius ad IV Taciti annalis cap. 27, qui & de reliquis tribus Quæſtoriis in Italiæ provinciis erudite ibi diſputat. Quatuor enim in Italia erant provinciæ Quæſtoriæ, quas tacitas & quietas vocat Tullius, quia longius aberant a bellica tempeſtate. Quanquam de aquariis, provinciis diſſentit Steph. Pighius ad annum V. C. 488, qui docet omnes Italicas provincias Quæſtorias dictas eſſe aquarias per ludibrium & contemtum, quia nihil in iis negotii erat propter Italiæ perpetuam pacem. Sed

rere virtus, cognoſcique poſſet. Reliqui tempo-
icium in contentionem vocatur. ab utroque diſſi-
na ratione tractatum eſt. Servius hic nobiſcum 9
urbanam militiam reſpondendi, ſcribendi, caven-
enam ſollicitudinis ac ſtomachi, ſecutus eſt: jus
didicit, multum vigilavit, laboravit, praeſto mul-
t, multorum ſtultitiam perpeſſus eſt, arrogantiam
it, difficultatem exſorbuit, vixit ad aliorum arbi-
trium

quis, ut οἷ. δ' οὐ μὲν πολέοιο ...ρ@, &c. Vel de *Martio Cam-* no Inventus Romana exerceba- ffic. 1: *Suppeditant autem cam- & ſtudia venandi honeſta exempla* Camer.

i temporis ſpatium] Diverſa jam diſſimilis ſe vitæ ratio offert, contraria ſunt *pax & bellum.* em artibus operam dedit Ser- urena belli. Vtriuſque in repu- vitæ genere dignitatem parem t. *Idem.*

troque diſſimillima ratione tracta- Franc. *ab utroque diſſimillima ra- tum eſt.* quod longe præfero. m tempus, poſt quæſturam, in onem vocatur. Vter reliquo magis ſervierit reip. & utilio- ram navarit, magiſque ut pro- ontenderit, hic Cicero inqui- rans utriuſque in remp. merita. que certatum eſt de bene me- patria, ſed diſſimillima ratione. avit in militia urbana, alter fo- ica. *Tractare tempus* non memini m dixiſſe. *Se tractare* pro talem e, ſe ſic gerere, apud noſtrum erumque legitur: ſed *tractare* id ſit non intelligo. *Grav.*

di] Eſt Iuriſconſultorum ver- ui conſulentibus cavent. vid. oc loco.

chi] Id eſt, moleſtiæ, offenſionis, ommotionis. Nam in pectore iraſcendi & indignationis collo- tur, id eſt, τὸ θυμικὸν, ubi eſt ſto- id eſt, καρδία, quemadmodum ocuti fuerunt. Itaque qui animis i ſunt ibi ſentiunt intus trepi- dare aliquid & quaſi ebullire. Secun- dum hæc ita Horatius lib. 1 Carm.

> *Fertur Prometheus addere principi*
> *Limo, coactus particulam undique*
> *Deſectam, & inſani Leonis*
> *Vim ſtomacho appoſuiſſe noſtro.*

Et ſtomachum facere, movere, ut mox. item *perdidiſſe ſtomachum & occalluiſſe & hebetare & callum obductum ſtomacho* dixe- runt. Cic. Lent. lib. 1: *Non illi quidem ut mihi ſtomachum facerent, quem ego fun- ditus perdidi.* Attic. lib. 11: *De Statio & aliis rebus angor equidem, ſed jam prorſus occallui.* Eidem lib. 4 locus: *Ille animi noſtri ſtomachus ubi hebetabat olim, conca- luit, ut digerat multa cruda facilius.* Item verbum *ſtomachor* Attic. lib. x: *Sed ali- quando ſtomachari deſinamus,* & εὐςομά- χως *ferre.* Attic. lib. IX. Putatur autem huc bilis exundare & ira atque indigna- tio ita excitari. Vnde & *bilem commoveri.* Attic. lib. 11: *Et ſi bilem id commovet.* ſe- cundum Homer. Ιλ. σ.

> Ὡς ἔρις ἔκ τε θεῶν ἔκ τ' ἀνθρώπων ἀπόλοιτο
> Καὶ χόλος ὅς τ' ἐφέηκε πολύφρονά περ χαλεπῆναι
> Ὅς τε πολὺ γλυκίων μέλιτος καταλειβομένοιο
> Ἀνδρῶν ἐν στήθεσσιν ἀέξεται ἠΰτε καπνός.

Sed hæc aliena hoc loco fortaſſe videan- tur. *Camer.*

Exſorbuit] Exhauſit, tranſlatum de liquoribus. Qu. fratri lib. III: *Vt ejus iſta odia non ſorbeam ſolum, ſed etiam con- coquam.* Sorbere enim attractionem ſpi- ritus ſignificat, ut fit cum liquida de- glutimus. Ita Plaut. Moſtel. *Simul flare ſorbereque haud facile factu eſt.* Simili ſen-

trium non ad ſuum. Magna laus & grata hominibus, unum hominem elaborare in ea ſcientia, quae ſit multis profutura. Quid Murena interea? fortiſſimo & ſapientiſſimo viro, ſummo imperatori, legatus L. Lucullo fuit: qua in legatione duxit exercitum, ſigna contulit, manum conſeruit, magnas copias hoſtium fudit, urbes partim vi, partim obſidione cepit: Aſiam iſtam refertam, & eandem delicatam, ſic obiit, ut in ea neque avaritiae, neque luxuriae veſtigium reliquerit: maximo in bello ſic eſt verſatus, ut hic multas res & magnas ſine imperatore geſſerit, nullam ſine hoc imperator. Atque haec, quamquam praeſente L. Lucullo loquar, tamen ne ab ipſo propter periculum noſtrum conceſſam videamur habere licentiam fingendi, publicis litteris teſtata ſunt omnia: quibus L. Lucullus tantum laudis impertit, quantum neque ambitioſus imperator, neque invidus, tribuere alteri in communicanda gloria debuit. Summa in utroque eſt honeſtas, ſumma

as: quam ego, ſi mihi per Servium liceat, pari at-
dem in laude ponam. ſed non licet. agitat rem mili-
, inſectatur totam hanc legationem, aſſiduitatis &
um harum quotidianarum putat eſſe conſulatum.

Apud

entur, ſuſpicarer autem multum i familiaris tua, te quam primum que in omnes partes valere, putavi e eſſe admonendum. Ita enim co- plicantur expoſitione in qua- erſante priori ſententia, quo atio pleno quodam intellectu fluit & ſæpe exundat, ut inter non contineantur, ut paulo an- *d ſi licet deſinere*, &c. De his igi- hetis nunc non dicemus. Sed ibus oratio fit grandior, vehe- , elatior, etiam numeroſior. e *ἀντίθετα* ſeu *ἀντιθέσεις*, re- r aut in perſonis atque rebus to- d genus eſt in amplificationibus im, & hujus exempla plurima in hene ac Cicerone. Habet enim bilem vim ad extollendum ac endum quæ volueris, & conſpi- nia reddit quaſi in exaggeratione ne quadam illorum, quæ dicitur *δείνωσις*. Sed inſigne eſt exem- *Demoſthenicum* mulieris Olyn- tumelia, qua eſſet in convivio b Æſchine, & deprecatio pro Satyri hiſtrionis. In quo mirifi- mnium inter ſe rerum ac perſo- emporis, loci, contentio. Af- beræ & pudicæ mulieris. Depre- o hoſpite qui graviſſime Philip- endiſſet. Æſchinis legati populi enſis. Satyri hiſtrionis. Soliciti s, hilaris & læti temporis. con- lemnis & intempeſtivi ac turpis. ipſis anthitetis ſe admodum ter- um quidem *κακοήθη* appellet, es ait, & veritum eſſe ne qui illis entur, ut alienam de ſe opinio- nciperent. Sic enim in defenſio- :: *Ἐφοβήθην μὲν τι ἔτι νυνὶ τι- μῆς, μή τινες ὑμῶν ἀγνοήσωσι μὲ, ... τοῖς ἐπιβεβουλευμένοις ... τούτοις ἀντιθέτοις.* Apud nem illa de Mileſia, quæ accepta partum ſibi abegiſſet, & Oppia- nico qui matrem & foetum in hujus ute- ro necaſſet, quanta indignitatem rei contentione amplificat? Item in oratio- ne pro Seſtio, ubi *cauſam & exilium ſuum conferens cum Metelli cauſa & exilio* ſplendidiſſime exornat. Aut reperiun- tur *ἀντιθέσεις* in commutatione par- tium, cum diverſa diverſis inferuntur. Vt hoc de ar. reſponſ. *P. Valerio pro max. in remp. beneficiis data domus eſt in villa pu- blica: At mihi in Palatio reſtituta. Illi locus, at mihi parietes atque tectum. Illi quam ipſe privato jure tueretur, mihi quam pu- blice magiſtratus omnes defenderent.* & hoc loco crebra. quodque ipſe notat ut ad- huc immaturum in oratore, de oratione pro Roſcio Amerino: *Quid enim tam commune quam ſpiritus vivis, terra mor- tuis, mare fluctuantibus, littus ejectis? Ita vivunt, dum poſſunt, ut ducere animam de cœlo non queant. Ita moriuntur, ut eo- rum oſſa terram non tangant. Ita jactantur fluctibus, ut nunquam alluantur. Ita poſtre- mo ejiciuntur ut ne ad ſaxa quidem mortui conquieſcant.* Verboſiſſime autem & co- pioſiſſime in L. Piſonem. Tertia ſpecies *ἀντιθέτων* eſt verborum quibus res ſimi- liter perſonæque non ſubſunt, ſed ipſa ad ſe referuntur, interque ſe opponun- tur & ut ita dicam reſultant. Quomodo numeroſa fit oratio natura non induſtria, ut Cicero ait in oratore. Cujus generis illa ſua de Miloniana ipſe adducit: *Eſt enim judices hæc non ſcripta, ſed nata lex, quam non didicimus, accepimus, legimus, verum ex natura ipſa arripuimus, hauſi- mus, expreſſimus, ad quam non docti, ſed facti, non inſtituti, ſed imbuti ſumus.* Et, *Id quod ſcis prodeſt nihil, quod neſcis obeſt.* Tale Terentianum hoc, *Quod dictum in- dictum eſt, quod modo erat ratum, irritum eſt.* Item, *Vt inimicus neque deeſſe nocenti poſſit neque obeſſe innocenti.* Hæc frequen- tia in Iſocrate ſunt, in quibus ipſe quo- que fatetur ſe elaboraſſe *in oratione Pana- thenaica.* Camerar.

Apud

Apud exercitum mihi fueris, inquit, tot annos? forum non attigeris? afueris tamdiu? &, cum longo intervallo veneris, cum iis, qui in foro habitarunt, dignitate contendas? Primum iſta noſtra aſſiduitas, Servi, neſcis, quantum interdum afferat hominibus faſtidii, quantum ſatietatis. mihi quidem vehementer expediit, poſitam in oculis eſſe gra-

Apud exercitum] Objectio in perſona expreſſa. habet autem interrogationis figura hoc loco indignationem. Vt, *Quis tu es, quis mihi es, cur meam tibi?* Eſt autem in pronomine elegans idiotiſmus, qualis & in aliis linguis animadvertitur. Phormione, *Qui mihi ubi ad uxores ventum eſt, tum fiunt ſenes.* Hæc a Fabio lib. v de refutatione referuntur hoc modo: *Vti nunquam committendum eſt, ut adverſariorum dicta cum ſua confirmatione referamus, aut etiam loci alicujus executione adjuvemus, niſi cum eludenda.* Apud exercitum mihi fueris, inquit, tot annis forum non attigeris, abfueris tamdiu, & cum tam longo intervallo veneris cum iis qui in foro habitarunt, de

in culina eſt ſemper verſari in culina.

Iſta noſtra aſſiduitas] Hoc loco Cicero, *præſentem eſſe & ante oculos civium verſari*, plus interdum obeſſe quam prodeſſe ad honores conſequendos ponit, non enim ſunt hæc ἐξειργασμένα. Contra vero pro Cn. Plancio mirum in modum prodeſſe præſentiam, ita illa ſcilicet cauſa poſtulante, vult oſtendere: *Deſiderarunt te*, inquit, *oculi mei cum eſſes Cyrenis, me enim quam ſocios tua frui virtute malebam*, &c. & poſtea idem agit copioſius etiam ſuo exemplo. Diſſeritque omnia accuratius, ut intelligi poſſit, aſſiduitatem hanc quam nunc reſpuit, tum Plancio inprimis fuiſſe ſuffragatam. *Camer.* Aſſiduitas eſt illorum,

gratiam: ſed tamen ego mei ſatietatem magno meo labore ſuperavi, & tu idem fortaſſe: verumtamen utrique noſtrum deſiderium nihil obfuiſſet. Sed ut, hoc omiſſo, ad ſtudiorum atque artium contentionem revertamur: qui poteſt dubitari, quin ad conſulatum adipiſcendum multo plus afferat dignitatis, rei militaris, quam juris civilis gloria? Vigilas tu de nocte, ut tuis conſultoribus reſpondeas: ille ut eo, quo intendit, mature cum exercitu perveniat. te gallorum, illum buccinarum cantus exſuſcitat. tu actionem inſtituis: ille aciem inſtruit. tu caves, ne tui conſultores: ille, ne urbes aut caſtra capiantur. Ille tenet & ſcit, ut hoſtium copiae: tu ut aquae pluviae arceantur. Ille exercitatus eſt in propagandis finibus: tu in regendis, ac nimirum, dicendum eſt enim quod ſentio, rei militaris virtus praeſtat ceteris omnibus. Haec nomen populo Romano, haec huic urbi aeternam gloriam peperit: haec orbem terrarum parere huic imperio coegit: omnes

Qui poteſt dubitari] Idem liber habet, *quis poteſt dubitare?* Ego tamen nihil muto. *Lambinus.*

Vigilas tu de nocte] Id eſt, per noctem ſeu multa nocte, ut *de die apparare convivium.* Q. frat. lib. II: *Ego vero ardenti quidem ſtudio hoc fortaſſe efficiam, quod ſaepe viatoribus cum properant evenit, ut ſi ſerius quam voluerint forte ſurrexerint, properando etiam citius, quam ſi de multa nocte vigilaſſent, perveniant quo velint, ſic ego,* &c. Camerar. *De nocte*] Horat.

Vt jugulent homines ſurgunt de nocte latrones.

Iulius Rufinianus in lib. de figuris ſyncriſin, ſive antitheſin hoc loco eſſe dicit, id eſt, comparationem rerum atque perſonarum inter ſe contrariarum. Vide & Quintil. lib. IX, cap. 2, ubi oſtendit comparationem non eſſe figuram. & in eod. lib. cap. 3 de epanodo. *Sylvius.*

Aquae pluviae] *Aquas pluvias arceri & fines regi in agris* dicebant. Res enim tota agrorum erat, ut ſignificatur & in Topicis, *Si in urbe fines non reguntur, neque aqua in urbe arceatur.* De cujus cognitione arbitri adibantur, dari ad eas lites decidendas a magiſtratibus offic. lib. I: *Nec noſter quidem probandus, ſi verum eſt, Q. Fabium Labeonem, ſive quem alium, nihil enim praeter auditum habeo, arbitrum Nolanis & Neapolitanis de finibus agri a Senatu datum.* Camerar. Vide Π. 39 de aqua pluvia arcenda.

In regendis] Vide in Π. 10, de judicio finium regundorum, & ſcriptores antiquos de hoc argumento a Rigaltio & Gu. Gœſio illuſtratos.

Ac nimirum] Αὔξησις, omnibus rebus quae laudabiles & praeclarae dicuntur, *militarem* praetulit. Eſt autem in parentheſi παρρησία, ut vocant Graeci, ne quis moleſte ferat ſuum aliquod ſtudium elevari, cum laus bellica tanta & tam praeſtans conſtituatur. Verum enim, id eſt quod quiſque ſentit dicendum videtur, in quamcunque partem hic aut ille accepturus eſſe videatur. *Camer.*

omnes urbanae res, omnia haec noſtra praeclara ſtudia, & haec forenſis laus & induſtria latent in tutela ac praeſidio bellicae virtutis. ſimulatque increpuit ſuſpicio tumultus; artes illico noſtrae conticeſcunt. Et, quoniam mihi videris iſtam ſcientiam juris, tanquam filiolam oſculari tuam, non patiar te in tanto errore verſari, ut iſtud neſcio quid, quod tantopere didiciſti, praeclarum aliquid eſſe arbitrere. Aliis ego te virtutibus, continentiae,

Hæc forenſis laus] Reipublicæ in pace ſtudia ſignificat, quæ ſunt diſceptationum civilium, id eſt, in judiciis verſantur. Dixit autem hæc mollius non in ſolam Servii profeſſionem, ſed in ſuam quoque. Sed mox deinceps quaſi de novo exordio juris ſcientiam invadit, illique & dignitatem & gratiam & utilitatem, denique omnem exiſtimationem detrahere nititur. Et ne videretur ſaltem in pace excellere juris ſcientia, ideo & omnium ornamentorum atque virtutum civilium hanc poſtremam eſſe conatur oſtendere, quia vero juris ſcientia & e-

Increpuit, id eſt inſonuit. Virgil. XII Æneid.

Qualis apud gelidi cum flumina concitus Hebri
Sanguineus Mavors clypeo increpat.

Tumultus] *Tumultus* deſcribitur a Cicerone in octava Philippica, *perturbatio tanta ut major timor oriatur*. Vnde etiam nomen ductum eſſe vult, ut ſit ſcilicet quaſi *timor multus*, omnino vox trepidationem notat, id eſt, ϑόρυβον, ut πεποιημένον eſſe videri poſſit. Ita legitur *in caſtris tumultuatum*. Et apud Terentium: *Nihil ornati nihil tumulti* (nam &

tiae, gravitatis, juſtitiae, fidei, ceteris omnibus, conſulatu & omni honore ſemper digniſſimum judicavi. quod quidem jus civile didiciſti, non dicam, operam perdidiſti; ſed illud dicam, nullam eſſe in illa diſciplina munitam ad conſulatum viam. omnes enim artes, quae nobis populi Romani ſtudia conciliant, & admirabilem dignitatem, & pergratam utilitatem debent habere. Summa dignitas eſt in iis, qui militari laude 11
antecellunt. omnia enim, quae ſunt in imperio & in ſtatu civitatis, ab iis defendi & firmari putantur. ſumma etiam utilitas: ſiquidem eorum conſilio & periculo, cum republica tum etiam noſtris rebus perfrui poſſumus. Gravis etiam illa eſt & plena dignitatis dicendi facultas, quae ſaepe valuit in conſule deligendo, poſſe conſilio atque oratione & ſenatus, & populi, & eorum, qui res judicant, mentes permovere. Quaeritur conſul, qui dicendo nonnumquam comprimat tribunitios furores, qui concitatum populum flectat, qui largitioni reſiſtat. Non mirum, ſi ob hanc facultatem homines ſaepe etiam non nobiles conſulatum conſecuti ſunt: praeſertim cum haec eadem res plurimas gratias, firmiſſimas amicitias, maxima ſtudia pariat. quorum in iſto veſtro artificio, Sulpici, nihil eſt. Primum dignitas in tam tenui ſcientia quae poteſt eſſe? res enim ſunt parvae, prope in ſingulis litteris atque interpunctionibus ver-

Operam perdidiſti] Proverbiali figura dixit, id eſt, *fruſtra laboraſti*, & transfertur idem ad lucubrationes, cum dicitur, *Oleum & operam periiſſe*. Camer.

Omnes enim artes] Ratiocinatio ſequitur, de ſtudiis quibus gratia & favor hominum tribui ſoleat. Quæ qualia eſſe debeant, proponit. Et quæ ſint talia, docet, & non eſſe tale *juris*, concludit. *Idem.*

Largitioni reſiſtat] Vt ipſe fecit, cum agrariam legem eripuit Rullo, & maximarum largitionum metu Senatum liberavit. *Idem.*

Ob hanc facultatem] Dicendi ſcilicet. Videtur Cicero ab hac dicendi facultate Sulpitium removere. Sed in libro de claris oratoribus ei multo majorem juris civilis ſcientiam quam eloquentiam tribuit. quem vide. *Sylvius.*

Plurimas gratias] Cic. II de offic. jus civile commendat, ſed ei eloquentiam anteponit. *Idem.*

Atque interpunctionibus verborum occupata] Id eſt, diſtinctionibus. In verbis autem hærere ſolent Iuriſconſ. & urgere τὸ ῥητὸν, & *dicta* interpretari, cum enarrando, tum diſtinguendo. Vnde & in-

verborum occupatae. Deinde, etiam ſi quid apud majores noſtros fuit in iſto ſtudio admirationis: id, enuntiatis veſtris myſteriis, totum eſt contemtum & abjectum. Poſſet agi lege necne pauci quondam ſciebant. faſtos enim vulgo non habebant. erant in magna potentia

Interdum controverſia illa naſcitur ῥητῷ & διανοίας. Vt exempli gratia, ſi ita ſcriptum ſit, *furtum*, impune arripiatur cum manifeſto deprehendetur. Diſtingui enim poſſit, ut ſit, *fur*, *tum*. hujuſmodi verſantibus in iuriſconſultorum ſcriptis multa occurrunt. Tale erit, Actio quam Cicero memorat lib. III de nat. Deor. *Ope conſilioque tuo furtum ajo factum eſſe.* Interpungi enim illa fortaſſe poſſint, ut ſi cujus conſilio modo *furtum eſſe factum* dicatur, quæri poſſit an adverſus illum hac actione uti liceat. Nam ut ait L. ſæpe. Dig. de verb. & rer. ſignif. dubitatum eſt, illa verba, *Ope conſilioque*, quemadmodum accipienda ſint, utrum ex ſententia conjungentium, an ſeparantium. Atque in his ex-

quidem illam ipſam iram Centurio habeat aut ſignifer, vel cæteri, de quibus dici non neceſſe eſt, ne Rhetorum aperiamus myſteria. Et μυστικὰ *calanda* & *obſcura*, Attic. libro VI: *Illud præterea* μυστικώτερον *ad te ſcribam, tu ſagacius odorabere.* Camerarius.

Faſtos enim vulgo non habebant] *Faſti* nihil aliud ſunt quam diſtinctio quædam anni & menſium & dierum deſcriptio, feſtorumque & profeſtorum notatio, & ſacrorum publicorum quaſi indicatio. *Dierum* autem ratio eſt explicata copioſe apud Macrob. qui locus extat Satur. libro I, cap. XVI. & multum afferre lucis poterit lectioni Latinarum litterarum. Sed *lege agere* dicebant, & privato judicio diſceptare, nam etiam aliter fuerant

tentia qui conſulebantur: a quibus etiam dies, tanquam a Chaldaeis, petebantur. Inventus eſt ſcriba quidam Cn. Flavius, qui cornicum oculos confixerit, & ſingulis die-

——— *licet omnia fari*
Verba, honoratus libera prætor habet.

Flecti autem *faſtus, faſti*; & *faſtus, us.* Priſcianus annotavit lib. VI Grammat. *Camer.* Nihil huc pertinent dies feſti & profeſti: ſed faſti & nefaſti. Verum de varia dierum apud Romanos diſtinctione jam dudum A. Manutius egit ad vetus Kalendarium Romanum ex marmore deſcriptum.

Tanquam a Chaldæis] Chaldæi gentili appellatione ſunt, qui *genethliaci* a re dicuntur. Quod die notato quo quiſque in lucem prodierit, de vitæ fortuna & exitu prædicere ſoleant. Idem & ad omnes inchoationes quod tempus felix aut contrarium ſit, demonſtrant. *Camerar.* Nihil ſuſcipiebant quidam ſuperſtitioſi, nec iter, nec aliud quid, quin nec cibum capiebant, nec pharmacum, antequam aut Mathematicos, conſuluerant, aut geneſin ab illis factam, cogituri nunc hæc res fauſta eis ſit, nec ne. De quibus Iuvenalis:

Ad primum lapidem vectari cum placet, hora
Sumitur ex libro.

Et iſtud:

Si prurit frictus ocelli
Angulus inſpecta geneſi collyria poſcit.

Nam conſulebant Mathematicos, quæ hora apta eſſet cibo capiendo, aut pharmaco:

Capiendo nulla videtur
Aptior hora cibo niſi quem dederit Petoſiris.

Cl. Salmaſius de annis Climactericis.

Inventus eſt ſcriba quidam Cn. Flavius] De *Flavio* Livius lib. IX. & hoc dicit in penetralibus illum Pontificum repoſitum jus civile evulgaſſe. De quo ad Attic. lib. VI Cicero ita: *E quibus unum ἱστορικὸν requiris de Cn. Flavio Annii F. Ille vero ante decemviros non fuit, quippe qui Ædilis curulis fuerit: qui magiſtratus multis annis poſt decemviros inſtitutus eſt. Quid ergo profecit, quod protulit faſtos? occultatam putant quodam tempore iſtam tabulam ut dies agendi peterentur a paucis. Nec vero pauci ſunt auctores Cn. Flavium ſcribam Faſtos protuliſſe, actioneſque compoſuiſſe.* Hoc idem dicit lib. I de orat. *Veteres illi qui huic ſcientiæ præfuerunt, obtinendæ atque augendæ potentiæ ſuæ cauſa pervulgari artem ſuam noluerunt. Deinde poſteaquam eſt editum, expoſitis a Cn. Flavio primum actionibus*, &c. Id igitur hoc loco aliter retulit. *Camer.*

Inventus eſt ſcriba quidam, Cn. Flavius, qui cornicum oculos] Totam hanc hiſtoriam ex Pomponii Enchiridio cognoſcere licet: cujus verba exſtant in Pandectis juris civilis, titulo de origine juris: unde hæc pauca ſumam, atque huc adſcribam, eorum, quibus hæc ignota ſunt, gratia: *Deinde ex his legibus eodem fere tempore actiones compoſitæ ſunt, quibus inter ſe homines diſceptarent, quas actiones, ne populus, ut vellet, inſtitueret, certas, ſollemneſque eſſe voluerunt, & appellabatur hæc pars juris, legis actiones, & ita eodem pæne tempore, tria hæc jura nata ſunt: leges XII tabularum: ex his fluere cœpit jus civile: ex iiſdem, legis actiones compoſitæ ſunt. omnium tamen harum & interpretandi ſcientia, & actiones, apud collegium pontificum erant: ex quibus conſtituebatur, quis quoque anno præeſſet privatis: & populus prope centum annos hac conſuetudine uſus eſt. Poſtea, cum App. Claudius diſpoſuiſſet, & ad formam redegiſſet has actiones, Cn. Flavius, ſcriba ejus, libertini filius, ſurreptum librum populo tradidit: & adeo gratum id munus populo fuit, ut tribunus pleb. fieret, & ſenator, & ædilis curulis. Hinc liber, qui actiones continet, appellatur jus civile Flavianum.* Lambinus.

Qui cornicum oculos] Proverbium eſt de iis, qui callidos & prudentes & circumſpectos, qui cavere & ſcirent & deberent, fallunt ac circumveniunt. Nam cornix cum aliorum animalium oculos potiſſ. appetat, ipſam ſcilicet ſuis maxime proſpicere oportet. Vnde & Teutonici dicunt, *Vnam cornicem alterius oculos*

diebus ediſcendos faſtos populo propoſuerit, & ab ipſis cautis juriſconſultis eorum ſapientiam compilarit. Itaque irati illi, quod ſunt veriti, ne, dierum ratione promulgata & cognita, ſine ſua opera lege poſſet agi, notas quaſdam compoſuerunt, ut omnibus in rebus ipſi in-

non configere. Ita accipiendum proverbium declaratur in orat. pro Flacco: *Hic hercle cornici oculum, ut dicitur. Nam hunc Hermippum hominem eruditum civem ſuum, cui debebat eſſe notiſſ. percuſſit.* Et hoc etiam loco *ab ipſis cautis Iuriſconſultis.* Camerarius.

Cautis Iuriſconſultis] Sic & in contextu P. Manutii, ſed in notis legit *catis.* M S. Franc. & ed. Mediol. *cauſis Iuriſconſultis.*

Compilarit] Involarit, ſuffuratus ſit. vide Non. in *ſuppilare.* Cic. II de orat. *Nihil eſt quod mihi gratias agas,* inquit, *ſi malui compilari, quam venire.* Act. III in Verr. *Ac non apertiſſime Conſulem, exercitum, provinciamque compilarit, & propter impudentiſſimum furtum aufugerit.* In Vatin. *Licet per me parietes in adoleſcentia*

batur. Hæc plerumque ut Cicero ait Rhetor. II in jure verſantur. Ibi enim & exceptiones poſtulantur, & quodammodo agendi poteſtas datur, & omnis conceptio privatorum judiciorum conſtituitur. In ipſis autem judiciis rarius incidunt. Itaque cum de jure quondam reſponderent ii, qui ex eo Iuriſconſulti nominabantur, iis quorum advocati eſſent in demonſtrandis juris formulis inprimis *cavere* ſolebant. Vnde jocatur Trebatio ſcribens Cicero: *Si ſcribere,* inquit, *oblitus es, minus multi jam te advocato cauſa cadent.* De quibus pro Roſc. Comœdo ita, *Sunt jura, ſunt formulæ de omnibus rebus conſtitutæ, ne quis aut in genere injuria aut ratione actionis errare poſſit, expreſſa.* ſunt enim ex uniuſcujuſque damno, dolore, incommodo, calami-

[redacted]

intereſſent. Cum hoc fieri belliſſime poſſet: Fundus Sabinus meus eſt: immo meus: deinde judicium: noluerunt. FVNDVS, inquit, QVI EST IN AGRO, QVI SABINVS VOCATVR. Satis verboſe. cedo, quid poſtea? EVM EGO EX IVRE QVIR. MEVM ESSE AIO. Quid tum? INDE IBI EGO TE EX IVRE MANV CONSERTVM VOCO. Quid huic tam loquaciter litigioſo reſponderet ille unde petebatur non habebat. Tranſit idem juriſconſultus ti- 12

ſcientia apud collegium Pont. ante. fuiſſet) in certam formam redactas eſſe ſcribit, & harum librum ſurreptum evulgaſſe Flavium, unde *Iuri Flaviano* nomen eſſe factum. *Camerar.* Manutius interpretatur obſcura quædam verba, ſed nec actionum ſunt formulæ, nec verba, nec, ut alii volunt, ſiglæ. Siglæ ſunt ſingulæ litteræ verba ſignificanter, ut Senatus Populuſque Romanus, ſiglis ita ſcribitur S. P. Q. R. ſed notæ non erant litteræ, ſed certa ſigna, quibus verbum unum aut plura exprimebantur. Sic Senatus Populuſque Romanus nota ſic exprimebatur,  ut docuit maximus Cujacius Obſervat. XII, cap. 40. De his notis habes librum, qui Tyronis & Senecæ nomen præ ſe fert, ſubjectum Corpori Inſcriptionum Gruteri. Qui notis utebantur, & iis orationes excipiebant, dicebantur Notarii, qui *ſiglis*, *ſingularii*, l. de off. præſ. prætor. Afric. & in notit. imp. Rom. De his Manilius IV Aſtron. loquitur de iis, qui ſub Virginis ſigno naſcuntur:

> *Hic & ſcriptor erit velox, cui littera verbum eſt*
> *Quique notis linguam ſuperet, curſimque loquentis*
> *Excipiat longas nova per compendia voces.*

Cui littera verbum eſt, hoc eſt, qui ſiglis ſcribit: *Quique notis linguam ſuperet*, eſt notarius, qui notis excipit orationes. His notis olim repleti erant libri Iuriſconſultorum, inde eas dicuntur intelligere. Manilius non longe poſt de iis, qui ſub libra naſcuntur, loco a Manutio etiam allato:

> *Hinc etiam legum tabulas, & condita jura*
> *Noverit, atque notis levibus pendentia verba.*

Vetuit tamen poſtea Iuſtinianus uti notis, & ſiglis in deſcribendis Iuris libris, ut docti homines notarunt. *Græv.*

Manu conſertum] Gell. lib. XX, c. IX. expoſuit veterum morem in diſceptandis vindiciis, cum peteretur res, quæ *fundi* eſſet, id eſt, ut nunc loquimur, *immobilis*. Nos poſſumus etiam, ut opinor, ſimpliciter accipere, *ex jure manu conſertum* vocari, qui ad judicium accipiendum, id eſt, in jus vocetur. *Conſerere* enim *manus*, & *conferre manus*, contendere eſt, & pugnare. ut autem intelligatur non belli neque armorum pugna, ſed civilis diſceptatio additur *ex jure*. Hæc autem a priſcis ſine dubio, ut & alia quædam ad talem modum facta & uſurpata fuere, non excogitata a Iuriſconſultis, quemadmodum Cicero ait, ſed quia vere fieri deſiiſſent, & ſpecies tantummodo quædam illorum remaneret, ideo *fictas res* & *commentitias* Cicero appellavit. *Camerar.* Franc. *Inde ibi ego te ex jure manu conſertum voco.* Et ſic quoque vetuſtiores editiones ante Victorianam, niſi quod ſic diſtinguant: *Quid tum inde? Ibi ego te ex jure.* Sed cur hic *ibi* deleverunt, & ſtatim in eadem formula intactum reliquerunt. Sequitur enim reſponſio unde petitur: *Inde ibi ego te revoco. Inde ibi*, eſt in eum locum. & dicitur ut *inante*, *exinante*, *inſimul*, & hujus generis alia. *Græv.*

Tranſit ad eum Iuriſconſultus] Cariſius lib. I legit, *Iureconſultus, ad eum*, autem,

tibicinis Latini modo: VNDE TV ME, inquit, EX IVRE MANV CONSERTVM VOCASTI, INDE IBI EGO TE REVOCO. Praetor interea, ne pulchrum ſe ac bea-

tem, videlicet a quo petebatur, qui ſine Iureconſulto, reſpondere non poſſit. *tranſit*, a dextra ad lævam, & contra. Sed videtur potius legendum, *tranſit eodem*, &c. Lambinus.

Tibicinis Latini] A Latinis enim, ut puto, hunc ritum accepere ſacrorum, ut hæc fierent præcinente *tibicine*. Adhibebant & *tibias* cum privatim rem divinam faciebant. *Tranſit* autem eſt ſpaciatur, ſive in diverſum locum abit. Nunc enim alteram partem etiam Iuriſconſult. inſtituit. Tranſit igitur jam ad eum unde petitur. Sic Fab. lib. VII: *Tranſeat nunc ille idem qui cogitavit, ut Cicero ait, tibicinis Latini modo ad diſertum*, id eſt, *diſerti agat cauſam*, &c. Camer. *Tibicinis Latini modo*] Quintilianus lib. VII ſcribens de duorum fratrum controverſia, quorum unus ruſticus erat, alter diſertus, poſtquam dixit quid pro ruſtico declamator poſſit dicere, dicturus quid quem præſtabant in ſcena hiſtrionibus, cum modos facerent, & modo ſubmiſſius modo contentius canendo ad hunc vel illum hiſtrionem ſe converterent, & dicendi agendique rationem ſuo cantu oſtenderent, & moderarentur, æque ut Iuriſconſulti agendi rationem præſcribebant ſuis formulis, *ite viam, redite viam*. De hoc tibicinum uſu in ſcena Cicero III de orat. *Neque id actores prius viderunt, quam ipſi poëtæ, quam denique illi etiam, qui fecerunt modos, a quibus utriſque ſummittitur aliquid, deinde augetur, extenuatur, inflatur, variatur, diſtinguitur*. Grævius.

Prætor interea] Hoc dicit Prætori etiam ipſi Iuriſconſultos non peperciſſe, quin cogerent ſapere illum non per ſe, ſed a Iuriſconſultis, ut facile intelligere prætor poſſet, ſe etiam nihili eſſe & futilem qui ea quibus opus eſſet eloqui ſuo quaſi Marte neſciret. Sunt autem hæ εἰρωνεῖαι,

[illegible]
notat Donatus. nam ille dati-
n ſubjecit, cum præpoſuiſſet
um. *Lambinus.*
ro nullo uſui: utriſque ſuperſti-
idam emendarunt ſic ut fieret,
ita ſeptimi caſus fuerint, &
tur, ut nullum uſum, ſive in
. Sin vera eſt lectio *nullo uſui*,
ale erit quale, *eſſe bono*, *malo*,
. In Terentius: *Qui alicui rei*
vium lib. III: *Simul peritos le-*
rimarunt ad condenda nova jura
debant. Sed *nullo*, ita factum
rione antiqua & ſimilitudine
adjectivorum in *us*. Cum po-
illa nota nomina VIII ut pro-
ter caſus declinarint. *Camerar.*
bus] Id eſt, ſanis & incolumi-
via re id verbum a veteribus u-
ſuiſſe Nonius Marcellus ſcri-
ſtitibus igitur eſt ſanis, & in-
s, ideoque præſentibus. Nam
o ſontico laborant, ii lege ex-
ne in jus vocari veniant, ut
ſſimus I. C. Dig. 50 de verb. &
Sylv. *Utriſque ſuperſtitibus*]
, vocem, *præſentibus*, quæ
manibus ſequitur deinceps vo-
rſtitibus, delendam cenſet. a
m diſſentio, auctoritate Feſti
qui docens, *ſuperſtites*, teſtes
ſignificare, hoc affert teſtimo-
quod *ſuperſtitibus præſentibus ii*,
controverſia eſt, *vindicias ſumere*
partim ei aſſentior, commo-
verbis Servii ad illum locum
Aeneid. lib. 3: *Superatne*, *& ve-*
ra? Alii dicunt, *ſuperat*, *ſuper-*
Id ſuperſtes, *præſentem ſignificat:*
[illegible]

[illegible] Ego Pantagathum ſecutus,
receptam lectionem retineo: nam Præ-
tor præcinente Iuriſconſulto, utroſque
alloquitur petitorem, & unde petitur,
inire & redire viam: quos frigidum eſſet
vocare viros: ſed illud animadverten-
dum eſt, melius ne legatur, *utriſque*
præſentibus ſuperſtitibus. (voco hic ſuper-
ſtites, non qui ſupervivunt aliis, ſed
litigatores utroſque ſtantes ſupra fun-
dum controverſum) muto autem ordi-
nem, quod qui ſuperſtites ſunt, neceſ-
ſario ſunt & præſentes; non autem qui
præſentes, iidem neceſſario & ſuperſti-
tes: quem ordinem puto obſervatum
ab illis ſcrupuloſis Iuriſconſultis. Alii
delent vocem *præſentibus*, quam ſcho-
lium alicujus putant eſſe, qui declarare
voluerit verbum *ſuperſtitibus*. Cum hæc
ſcripſiſſem, Petrus Ciacconius Hiſpanus,
magni vir ingenii, quid ipſe de hoc loco
ſentiret, mihi indicavit: exiſtimat au-
tem interpunctionis nota poſt verbum
utriſque poſita, ita poſſe locum emen-
dari: *Superſtitibus præſentibus*, *ſumite*
vindicias, *ite viam.* quæ quidem emen-
datio videtur confirmari Feſti teſtimo-
nio, qui ſcribit: *Superſtites præſentes*,
teſtes præſentes ſignificat: cujus rei teſtimo-
nium eſt, *quod ſuperſtitibus præſentibus*, *ii*
inter quos controverſia eſt, *vindicias ſumere*
jubentur. Plautus in Artemone, *Nunc*
mihi licet quidvis loqui, *nemo hic adeſt ſu-*
perſtes. legendum vero eſſe apud Fe-
ſtum: *Superſtites præſentes*, *teſtes præſen-*
tes ſignificat, & locus quem ipſe citat te-
ſtimonio eſt, & alter in voce Pube:
Pube præſente, inquit, *eſt populo præ-*
ſente. F. Urſinus. *Tum vero in illo ſuis*,
UTRISQUE SUPERSTITI-
BUS, *&c.*] Debebunt mihi aliquam gra-

STITIBVS PRAESENTIBVS, ISTAM VIAM DICO INITE VIAM. Praeſto aderat ſapiens ille, qui inire viam doceret: REDITE VIAM. eodem duce redibant. Haec jam tum apud illos barbatos ridicula, credo, videbantur. homines, cum recte atque in loco conſtitiſſent, juberi abire: ut, unde abiſſent, eodem ſtatim redirent. Iiſdem ineptiis fucata ſunt illa omnia, QVANDO TE IN IVRE CONSPICIO. & haec, SED

locum noſter Schottus libro I Nodor. cap. 10. *Gruterus.* Vellem Palatinorum ſuorum ſcripturam explicaſſet Gruterus, quid ſibi vellent illi *ſui utrique ſuperſtites*, quamvis ſic quoque videatur legiſſe Servius ad Virgil. III Æneid. Repoſui ego lectionem, quam Victorius, Lambinus, Manutius in ſuis repererunt libris, *tum vero nullo uſui*, aut, ut P. Manutius, & editiones vetuſtiores, *nullo uſu*. Videtur autem rectiſſime hunc locum diſtinxiſſe Petrus Ciacconius: *Tum vero nullo uſu utriſque*, petitori nimirum & unde petitur. In ceteris adſtipulor Manutio & Hottomanno, qui præſenti-

Ante ſenectam ætatem radere *barbam* ſolitos Gellius docet lib. III, cap. IV. Habet autem antiquitas neſcio quam ſemper ſimplicitatis opinionem, & Græc. *ἀρχαῖον τ' ἐυήθη* vocant. Athenæus libro XIII. ex Chryſippo docet, *radendi barbam* morem temporibus primum Alexandri uſurpatum eſſe: ut in Hadriano Imp. Xiphilinus ex Dione, primum hunc barbam alere cœpiſſe. *Camerar.*

Eodem ſtatim redirent] Atqui ex urbe profecti ſimul in agrum, de quo litigabatur, terræ aliquid ex eo, uti unam glebam in jus in urbem ad prætorem deferebant, & in ea tanquam in toto

[redacted]

SED ANNE TV DICIS CAVSA VINDICAVERIS? quae dum erant occulta, neceſſario ab eis, qui ea tenebant, petebantur: poſtea vero pervulgata, atque in manibus jactata & excuſſa, inaniſſima prudentiae reperta ſunt, fraudis autem & ſtultitiae pleniſſima. Nam cum permulta praeclare legibus eſſent conſtituta, ea jureconſultorum ingeniis pleraque corrupta ac depravata ſunt. Mu-

Dicis cauſa vindicaveris] Sic eſt legendum: hoc primum deinde quid ſit, *dicis cauſa*, ſi cui forte ignotum eſt, ex Varrone, & noſtræ ætatis Iuriſconſultis diſcendum: qui docent, *dicis cauſa*, idem fere valere, quod λόγου χάριν, vel ἀφοσιώσεως ἕνεκα, νόμου χάριν, ἀφοσιώσεως ἕνεκα, id eſt, religioni, vel legi ſatisfaciendi cauſa: perfungendi officii cauſa, &c. utitur hoc quaſi proverbio, & in libro IV accuſat. & lib. I epiſt. ad Atticum, epiſt. 17. cujus initium eſt: *Nihil mihi ſcito jam deeſſe*, &c. ibi. ſed *imminuit auctoritatem ſuam, quod habet, dicis cauſa, promulgatum illud de Clodio*, &c. Sic enim edidimus, Pithœi conjecturam ſecuti. Sed, quod ad cetera hujus loci pertinent, malim ſic legi, *Sed anne tu dicis cauſa vindicaveris.* Immo vero totum hunc locum ab illis verbis, *Quando te in*, &c. ſic legendum arbitror, *Quando in jure te conſpicio, poſtulo, an ſuas auctor, anne tu dicis cauſa vindicaveris.* vel ſic, *Quando in jure te conſpicio*, &c. & hæc, *anne tu dicis cauſa vindicaveris.* Hæc enim formula, *Quando in jure te conſpicio*, non eſt integra apud Ciceronem, ut licet intelligere ex Valerio Probo, de notis, ſeu litteris antiquis. Sic enim ille docet hanc actionis formulam ſcribi, & concipi conſueviſſe. Q. I. I. T. C. P. A. F. A. quas litteras ſic explicat, *Quando in jure te conſpicio, poſtulo anne ſuas auctor.* nam credibile eſt, Ciceronem res auditoribus notas referentem, non totas dixiſſe, ſed nonnulla prætermiſiſſe: atque idcirco poſuiſſe id, quod in talibus uſurpari conſuevit, &c. Verum tamen, ut libere, quod ſentio, dicam, videtur apud Probum legendum, aut ſcribendum, Q. I. I. T. C. P. V. F. A. ut ſit, *Quando in jure te conſ. poſt. ut ſuas auctor.* nam poſtula, an ſuas auctor, Latine dici non poſſe exiſtimo. debet enim, & ſolet dici, *Quæro an ſuas auctor. Poſtulo* autem, valet, æquum cenſeo, ἀξιῶ. Lambinus. *Sed an ne tu dicis qui cauſa vindicaveris*] In veteri manuſcripto libro *ain*, pro *an ne*, ſcriptum eſt: quæ lectio non videtur habere locum in hoc more dicendi. utuntur enim eo, qui aliquid audierunt inexpectatum, hic vero videtur *unde petitur* rogare petitorem, ut dicat non ſi vindicaverit (videt enim vindicaſſe) ſed rogat cauſam cur vindicaverit, ut poſſit illam coarguere. Itaque Pantagathus legebat, *Cauſſam ne tu dicis, qui cauſſa vindicaveris.* F. Vrſin. SED ANNE TV DICIS QVI CAVSA VINDICAVERIS] Editio prima, QVIA. Pal. pr. QVI EANDEM VINDICAVERIS. ceteri tres, ut & S. Victoris, præferunt fere, SED ANNE TV DIC IIS QVI CAVSA VIND. Guilielmius annotavit legendum videri: DICIS CVI CAVSA, &c. Lambinus abjecit illud QVI, quod nec in editis ab Victorio. conſulatur inter alios Cujacius libro V Obſervat. cap. 33. *Grut.* Recte Lambinus, & Victorius abjecerunt *qui*. Id intruſerunt ingratiis Muſarum & Tullii, qui ignorarunt, quid eſſet *dicis gratia*. vide Ant. Auguſtini opinionum, lib. II, cap. 2. Recte quoque Cujacius in obſervationibus verba Ciceronis laudat, ut in Victoriana leguntur, oſtenditque ex hoc loco *dicis cauſſa* formulam quoque uſitatam fuiſſe in judiciis. *Gravius.*

Mu-

Mulieres omnes propter infirmitatem conſilii majores in tutorum poteſtate eſſe voluerunt: hi invenerunt genera tutorum, quae poteſtate mulierum continerentur. Sacra interire illi noluerunt: horum ingenio ſenes ad coemtiones faciendas, interimendorum ſacrorum

Mulieres omnes] Mulieres antiquo jure omnes perpetua tutela continebantur, neque ratum habebatur quicquam, quod a muliere ſine auctoritate tutoris geſtum eſſet. Cicero pro Cæcina: *Indica, quod mulier ſine tutore auctore promiſerit deberi, non eſt aditus ad hujuſmodi res*, &c. Idque de legibus Athenienſium & ipſum tranſlatum fuit. Quibus cum muliere ultra medimnum unum hordei contractum nullum valere, conſtitutum eſſet, & ἄκυρα πάντα εἶναι, ὅσα τις συνθέμενος γυναικὶ πράττῃ. ut eſt in oratione Demoſth. κατ᾽ Ὀλυμπιοδ. Quæ autem huic juri fraus, ut Cicero innuit, a Iuriſconſult. allata fuerit, quæramus amplius apud Iuriſconſultos eoſdem. *Camerarius.*

[redacted]

mulieris contineri. Cujacius VII Obſervat. 11. ubi vide plura.

Sacra interire] Veteres Romani privata etiam, id eſt, familiarum & gentium ſacra perpetua eſſe voluerunt. Hoc eſt ita conſervari, ne morte ullius occiderent. Itaque ad quos pervenire quaſi ſucceſſionis jure deberent, diligenter conſtitutum fuit, inprimis ut ſacra iis eſſent adjuncta, ad quod patrisfamilias pecunia perveniſſet. Sed in hoc excogitatum a Iuriſconſ. fuerat, quo pacto pecuniam, qui ſacris liberarentur, retinere tamen poſſent. Quod fiebat ſolutione hæredis *per æs & libram.* Quæ memoratur in lib. II de legibus, & hoc loco innuitur. *Coëmptionis* verbo, unde, ut puto, *coëmptionales ſenes*, in epiſt. Curii.

[redacted]

uſa, reperti ſunt. In omni denique jure civili
item reliquerunt, verba ipſa tenuerunt: ut,
alicujus libris, exempli cauſa, id nomen invenerant,

o. ſed quaero utrum uſu an coëm-
s non potuit, nihil enim poteſt de
ſine omnium tutorum aucto-
inni. Coëmptione? omnibus ergo
Cajas, autem matresfamilia-
inarunt. Vel quod, ut Cicero
ait, ea appellatio introducta
exemplo quopiam, ut ſi litiga-
nes aliquis aut legatarios *Titios*
aut ſervos *Stichos* vocet. Quia
Iuriſconſult. in jure ponunt,
ominibus uti plerumque ſo-
l quod in verbo ſignificatio ali-
: gubernandæ domus & fami-
te ſolemne erat, ut Plutarchus
ρωμαϊκοῖς, pronun-
m nuptam cum domum mariti
tur hæc verba: *Vbi tu Cajus*,
Aliis placuit bono nomine uti
Quod *Caja* quædam Opt. &
foemina fuerit nupta cum uno
Tarquinii, cujus ſtatua poſita
ænea in fano Dei Sancti, cum
& colu; ex quibus illa cuſto-
aſſiduitatem in re domeſtica,
as & laborem ſignificarent.
cit fuiſſe eam uxorem Tar-
iſci nomine *Cajam Cæciliam*,
Tanaquil vocaretur. Vide &
ier. *Senes ad coëmtiones, &c.*]
antur ſenes coëmtionales.
lib. 7. epiſt. ad M. Tull. Cice-
Ergo fructus eſt tuus, mancipium
id quidem ſi inter ſenes coëmtio
le proſcripſerit, egeris non mul-
ibinus. Hos ſenes ad coëm-
ciendas plerique omnes con-
um ſenibus coëmptionalibus,
Plautum & eundem Cicero-
llantur. Sicut & perperam con-
coëmtionem, cujus hic fit
cum coëmtione, qua uxor in
manum convenit. Perperam
uitur per æs & libram fuiſſe
interimendorum ſacrorum, ut
ſtendit ἐν παρόδῳ Gronovius con-
onnanum, Manutium, Scali-

gerum, Gutherium, Salmaſium lib. IV de pecun. vet. 7, qui & ibi primus vere docuit, hæredem, qui a ſacris liberari cupiebat, comparato ad id ſeni mancipaſſe hæreditatem per æs & libram venditione imaginaria, a I. C. reperta. Eam cum velut nactus ſit titulo mancipationis, non ut hereditatem, ſed ut rem emptam, ſacris liberam, interveniente ſtipulatione, reddi hæredi. Hanc hic eſſe coëmtionem interimendorum ſacrorum. Vide locum laudatum, & caput ſequens de ſenibus coëmtionalibus quorum Cicero & Plautus meminit, qui ad hanc coëmtionem plane non pertinent. Hæc cum olim prodita ſint litteris, miror tamen nuperos editores maluiſſe glande veſci, inventis frugibus, ut & paullo ante de tutoribus, qui in poteſtate mulierum eſſent. Qui illi fuerint male Alciatus, optime Cujacius explicavit.

Vt quia in alicujus libris] Pal. pr. *ut Gaja*; neque de nihilo eſt hæc ſcriptura; nam & reliqui Pall. item S. Victor. diſerte habent *cuia*. & vero cum addat, *exempli cauſa*, apparet præceſſiſſe quid hujuſmodi. forte corrupta ſunt verba ſequentia, & reſcribendum, *ut Cajam in alicujus libris, exempli cauſa invenerant, putarunt &c.* Gruterus. Non longe a Palatinis abit Francii: *ut cuja in alicujus libri exempli cauſſa*. Locus utique eſt ſcaber, ſuſpectum mihi eſt iſtud *exempli cauſſa*, cum præceſſiſſet *ut*, quæ vocula idem hoc loco notat, quod *exempli cauſſa*. Deinde mire ſcribitur id *nomen invenerant*. Quod fuit illud nomen? Atqui nullius nominis facta fuit ante mentio. Vereor ne multis centonibus hic locus ſit inquinatus. Forte Cicero ſcripſit: *ut quia Caja in alicujus libri exemplo invenerant, putarunt, omnes mulieres, quæ coëmtionem fecerant, Cajas vocari*. In Francii codice ſcribitur *fecerant*, pro vulgato *facerent*, quamvis hoc poſſit ferri. *Exemplum libri eſt* ἀντίγραφον *libri. Grav.*

Rem

nerant, putarunt, omnes mulieres, quae coemtionem facerent, Cajas vocari. Iam illud mihi quidem mirum videri ſolet, tot homines, tam ingenioſos, per tot annos etiam nunc ſtatuere non potuiſſe, utrum diem tertium an perendinum: judicem an arbitrum: rem an
13 litem dici oporteret. Itaque, ut dixi, dignitas in iſta ſcientia conſularis numquam fuit, quae tota ex rebus fictis commentitiiſque conſtaret: gratiae vero multo etiam minores. Quod enim omnibus patet, & aeque promtum eſt mihi, & adverſario meo, id eſſe gratum nullo pacto poteſt. Itaque non modo beneficii collocandi ſpem, ſed etiam illud, quod aliquando fuit, licet conſulere,

Quæ coëmtionem facerent] Hæc longe alia eſt coëmtio, & multum a priore differt. Illa coëmtione hereditas venditur ſeni cuidam imaginaria quadam negotiatione, quæ ab illo ipſo emtore imaginario redditur heredi, ſed hic coëmtione uxor in manum viri convenit. Eſt enim triplex ratio matrimonium [redacted]

ligentia alicujus excellit, ut peritia rei militaris. Itaque varietas quædam rerum hoc verbo ſignificatur. Præterea eſt in favore labor & induſtria, hæc autem ſuſcipiuntur in iis, quæ non expoſita neque obvia ſunt ſtatim omnibus, ut in ipſa difficultate aliqua laus reperiatur. *Idem.*

ɔerdidiſtis. Sapiens exiſtimari nemo poteſt in tia, quae neque extra Romam uſquam, neæ, rebus prolatis, quidquam valet. peritus ideo

] *Prolatis* ut opinor, in
um. Nam illo non pro-
uriſconſ. ſed eſt oratoris
tio. Vel prolatas dicit
tas & proditas, publica-
notis actionibus. Etſi,
r, peculiaris mihi hæc
onis videtur, qua ſigni-
ra quædam veluti feria-
ti homines verſarentur,
eſt Plautus Capt. *Vbi res*
rus homines eunt. Quod
c loco Iuris civilis ſcien-
er elevare & labefacere
riſconſultorum videtur,
maxime efficitur, qua
ulto artes huic antepo-
per ſe nequaquam con-
deri, parvam & exilem
a hoc cauſſæ ſcilicet inſer-
magnifice Iuriſconſultos
am dicit eſſe eos qui præ-
quod Apollo glorietur
ut qui cum dubitatione
tos ex incertis dimittant
onſilii. Quin etiam qui-
ahendum de iſta ſcientia
ur, ea illic aſſumit quaſi
m artem quandam hu-
hanc neceſſariam oratori
Nam in Partitionibus ſic
uſſarum genus eſt poſitum in
l eſt in privatarum ac pu-
lege aut more poſitum, Cu-
cta ab Oratoribus pleriſque,
ndetur. In orat. quoque
na hoc ſtudium magnifi-
Et quanquam ſane nolit
eſſe cognitionem juris,
temporibus omnino alia
ſa profeſſio ab ea quæ no-
nunc uſurpatur a doctis,
, an non tam aliis quam
illa eſſe omnia ſenſerit,
genio ſuo ſuaque faculta-
timaverit. Conſtat enim
s fuiſſe peritiſſ. & a primo
juri ſtuduiſſe neque ita ſe

dediſſe ad dicendum, ut jus civile contemneret, ut etiam ob hoc videatur Craſſum introducere enuntiantem non eſſe alienum, a viro diſerto propoſitum reſpondendi de jure. Ita enim ille lib. 1 de oratore: *Equidem mihi hoc ſubſidium jam inde ab adoleſcentia comparavi, non ſolum ad cauſſarum uſum forenſem, ſed etiam ad decus atque ornamentum ſenectutis. Vt cum me vires, quod fere jam tempus adventat, deficere cœpiſſent, ab ſolitudine domum meam vindicarem.* Iſtum triduanum igitur Iuriſconſultum nemo admiratus fuerit neque deriſerit. Facile enim certe eſt promere celeriter, quod diu cum magna cura & ſingulari ſtudio collectum ſit, præſertim cum ipſe hoc Cicero non cogniturum ſe jus dicat triduo, ſed hoc tempore profeſſurum eſſe Iuriſconſultum, jampridem nimirum jure cognito & percepto. Sed ſive facilis tum res fuerit, ſeu difficilis, his tamen temporibus multis de cauſſis difficillima eſſe reperitur. Primum enim, ut opinor, multo major eſt rerum earum de quibus Iuriſconſ. reſpondere oportet varietas & copia quam quondam, confuſo nunc *privato, publico, civili atque Pontificio jure.* Deinde externa juris Romani conſtitutio apud gentes & nationes diverſas non ſimiliter neque eodem intellectu accipi potuit. Ex quo & innumerabiles interpretes qui jam pro auctoribus ſunt, extitere. Et non in ſingulis provinciis modo, ſed oppidis etiam & pagis peculiaria jura condita fuerunt. Adde huc quod oratoriam totam, quæcunque tandem illa fuit aut temporibus talibus eſſe potuit, cum juris tractatione commiſſam fuiſſe ſcimus, ut non alius de jure reſponderet, alius cauſſam diceret, ſed unus eſſet atque idem *patronus & advocatus.* Etſi autem neceſſe eſt hæc in neglectu ac ignoratione bonarum artium & ſtudiorum humanitatis, & fuiſſe & eſſe quodammodo obſcuriora, tamen qui in tali juris conſtitutione unquam excelluit, atque hoc eſt conſecutus non ſolum

ideo haberi nemo poteſt, quod in eo, quod ſciunt omnes, nullo modo poſſunt inter ſe diſcrepare. difficilis autem res ideo non putatur, quod & perpaucis, & minime obſcuris litteris continetur. Itaque ſi mihi homini vehementer occupato ſtomachum moveritis, triduo me juriſconſultum eſſe profitebor. Etenim quae de ſcripto aguntur, ſcripta ſunt omnia: neque tamen quid-

ſolum ut vulgo aliquis haberetur, id quod multi inaniſſima oſtentatione ſcientiæ & audacia, non enim dicam impudentia ſua, cum in hujus tum aliarum artium profeſſione, multi leviſſimis quibuſdam rebus, ut malitia & calliditate, aut loquacitate, aut etiam fraudulentia obtinuerunt. Sed qui etiam doctis boniſque viris probavit unquam in ea profeſſione & in hac facultate operam ſuam; Is igitur merito ſummam dignitatem adeptus, maximis honoribus atque ampliſſimis præmiis ſemper digniſſimus eſt habitus. Nec immerito, quippe quem & ingenio divino, & men- [redacted]

ſuis ruinam facere ſolent. Quæ ut paſſim in vitiorum accumulatione urgeri propemodum credi poſſit, ita omnibus bonis & amantibus patriæ a noſtris temporibus deprecanda & abominanda eſt. Nam quicquid hujus accidet, id erit horribile, & non opprimet unum aliquem tantummodo ordinem, ſed reſpublicas & regna quoque concutiet. Quæ mala, ut benigne avertat, & Patriæ ut quietem ac pacem largiatur, Deum miſericordem patrem ſedulo & ardenter per CHRISTVM orare debemus. Sed nos unde diſceſſimus eo revertamur. *Camerar.* *Rebus prolatis* quid ſit docet [redacted]

...m tam anguſte ſcriptum eſt, quo ego non qua de re agitur, addere. Quae conſuluntur minimo periculo reſpondentur. Si id quod opor-

legum & edictorum. Aut ut
ndeant, quod eſt opus pru-
telligentiæ ipſorum, cum de
: ſententia legis, aut omnino
: dubitatur ac quæritur. Cu-
um eſſe poteſt, quod Cicero
ſcribens Trebatio libro ſepti-
at heri inter ſcyphos, quod di-
verſum eſſe, poſſetne heres quod
a factum eſſet recte furti agere.
omnum bene potus ſeroque redie-
id caput, ubi hæc controverſia
& deſcriptum tibi miſi, ut ſci-
d tu neminem ſenſiſſe dicebas,
lium M. Manilium, M. Bru-
Ego tamen Scævola & Teſta
ales nunc multæ ſunt Iuriſc.
Quas quidem non numero,
: valere conveniebat, quod
er fit. Et quoniam *juris civilis*
tio facta eſt, venit mihi in
uæri ab aliquo poſſe quidnam
lo ſignificetur. Recte igitur
licitur *jus civile* ex unaquaque
. Nam diverſarum civitatum
titutis, legibus, obſervatio-
inguitur. Sic igitur & jus quo
populus utitur, *jus civile Ro-*
ppellamus vel *jus Quiritum.*
n nomen non additur, tum
ibidem dicitur *noſtrum*, id
um jus κατ' ἐξοχὴν. Hoc jus
s habeat ibidem exponitur:
morem majorum, leges, plebi
uſconſ. Principum placita, ma-
dicta, reſponſa prudentum. Hæc
lare ad hunc modum in inſtit.
s autem *de origine juris* diſpu-
confuſe atque indiſerte plera-
:, tum hoc falſo, proprie eſſe
quod in ſola prudentium in-
ne ſine ſcripto conſiſtat. Qua-
que fuit neque debet neque
oteſt conſiſtere. Sed hæc alie-
ſſe videantur. *Controverſum jus*
um & indeciſum, ut exem-
a retulimus. Et in Digg. alia

paſſim occurrunt. Vt L. Quod ſi. Digg. de Dolo Malo: *Quod ſi deferente me juraveris & abſolutus ſis, poſtea perjurium fuerit approbatum, Labeo ait de dolo actionem in eum dandam: Pomponius autem per jusjurandum tranſactum videri.* Quam ſententiam & Marcellus lib. ſeptimò Digg. probat, ſtari enim religioni debet. Inde *in jure controverſia*, aut offic. lib. III: *Hæ ſunt quaſi controverſia in jure Stoicorum.* Quem locum in libris tamen Venetæ editionis ita reperimus: *Hac ſunt quaſi controverſa jura Stoicorum.* Camerarius.

Qua de re agitur addere] *Caſus* nunc vocant. Hæc eſt veluti cauſſa quædam in jure, id eſt, rerum perſonarumque accommodatio ad legum & juris præſcripta ac deciſiones. Qualis eſt ſive judicatio ſeu contentio e ſtatu cauſſæ effecta, ſeu diſceptatio illa in qua tota controverſia hæret atque vertitur. Sic enim Cicero in Partitionibus interpretatur, id quod Græci κρινόμενον vocarunt. In Topicis quidem, quod ad Trebatium ſcriberet Iuriſconſultum, *Qua de re agitur*, appellavit. & hoc dicit in Bruto, multis in locis Iuriſconſultorum includi formulis. Neque ut vult Fab. lib. III. Cicero in his a ſe diſſentit. Vt ſi probatum ſit ab Oreſte ea fuiſſe ſcelera materna propter quæ interfici illam oportuerit, cum ſe ultorem eſſe debuiſſe dicat, tota in hoc cauſſa vertitur. Vtrum ita ſceleratam matrem recte filius interemerit. Item, cum profanam rem eſſe e templo a Titio ſublatam conſtet, iſque ſacrilegii accuſetur. Vltima diſceptatio in hoc conſiſtit Sacrilegus ne etiam is dici poſſit, qui rei ſacræ furtum non fecerit. Et pro Cæcina: *Sponſio facta eſt, hac de ſponſione vobis judicandum.* Ad formulæ enim ſponſionis præſcriptum cauſſa Cæcinæ adjungitur. *Idem.* *Qua de re agitur addere*] Pro *addere* legebat Pantagathus *videre*; videbaturque ſibi ea conjectura locum reſtituiſſe. *F. Vrſinus.*

oportet reſponderis, idem videare reſpondiſſe, quod Servius. ſin aliter, etiam controverſum jus noſſe & tractare videare. Quapropter non ſolum illa gloria militaris veſtris formulis atque actionibus anteponenda eſt: verum etiam dicendi conſuetudo longe & multum iſti veſtrae exercitationi ad honorem antecellet. Itaque mihi videntur plerique initio multo hoc maluiſſe. poſt, cum id aſſequi non potuiſſent, iſtuc potiſſimum ſunt delapſi: ut ajunt in Graecis artificibus, eos auloedos eſſe, qui citharoedi fieri non potuerint: ſic nonnullos videmus, qui oratores evadere non potuerunt, eos ad juris ſtudium devenire. Magnus dicendi labor, magna res, magna dignitas, ſumma autem gratia. Etenim a vobis ſalubritas quaedam, ab iis, qui dicunt, ſalus ipſa petitur. Deinde veſtra reſponſa atque decreta & evertuntur ſaepe dicundo, & ſine defenſione oratoris firma eſſe non poſſunt: in qua re ſi ſatis profeciſſem, parcius de ejus laude dicerem: nunc nihil de me dico,

Duae ſunt artes, quae poſſunt locare homines in amplisſimo gradu dignitatis, una imperatoris, altera oratoris boni. ab hoc enim pacis ornamenta retinentur, ab illo belli pericula repelluntur. Ceterae tamen virtutes ipſae per ſe multum valent: juſtitia, fides, pudor, temperantia: quibus te, Servi, excellere omnes intelligunt: ſed nunc de ſtudiis ad honorem diſpoſitis, non de inſita cujuſque virtute diſputo. Omnia iſta nobis ſtudia de manibus excutiuntur, ſimulatque aliquis motus novus bellicum canere coepit. Etenim, ut ait ingenioſus poeta & auctor valde bonus, proeliis pro- 14

Cetera tamen virtutes] Has ſolas in oratione pro Plancio in Candidato requiri dicit, ita enim tum commodum fuit: *Populus Romanus diligit magiſtratus quaſi reipublica villicos, in quibus ſi qua praterea eſt ars facile patitur. Sin minus, virtute eorum & innocentia contentus eſt.* Camer.

De ſtudiis ad honorem diſpoſitis] Sic omnes fere habent editiones: ſed & quia hoc genus loquendi, *diſpoſitis ad honorem*, eſt inuſitatum Latinis, & quia nonnulli libri veteres hanc vocem non habent, locus eſt mihi ſuſpectus. Interea, *appoſitis*, malo quam, *diſpoſitis*. Quod ſi quis neque *diſpoſitis*, neque *appoſitis*, probat: vel aliud melius ſubſtituat, vel *ſtudiis ad honorem*, dictum a Cicerone putet ſine participii, aut nominis adjectivi acceſſione. *Lambinus*. *De ſtudiis ad honorem diſpoſitis*] Pall. omnes, *ab honore depoſitis*, edd. vett. *ad hon. depoſitis*. S. Victoris *depoſſitis*. forſan tres voces a fine, ſunt interpretum. *Gruterus*.

Simulatque aliquis motus novus bellicum canere coepit] Melius, puro, Francii: *ſimulatque aliqui motus bellicum canere cœperunt*.

Bellicum canere] Vocare ad arma. Thucydides de rebus bellicis canit quodammodo bellicum. Canit enim tuba & lituus ſignum belli, & claſſicum canitur. Horat. *Et lituo tuba permiſtus ſonitus, & claſſica jamque ſonant.* Virg. VII & VIII:

Vt belli ſignum Laurenti Turnus ab arce
Extulit & rauco ſtrepuerunt cornua cantu.

Et apud Martialem ex Epigrammate Auguſti, *ſigna canant*. Tibul.

Martis cui ſomnos claſſica pulſa fugent.

Videtur autem *claſſicum* ſignum bellicum dictum, quod claſſes ita deſcriptæ eſſent, ut non ſolum pacis, ſed etiam belli munera & functiones præfinitas ac ordinatas haberent, ut oſtendit Livius lib. I. Nam quod aliqui tradidere *claſſicum* ſignificare tubam a ſonitu, nondum mihi quidem probatur. *Camerar*.

Ingenioſus poeta] Ennium ſignificat, cujus hi verſus & a Gellio referuntur lib. XX, cap. IX. quem *ſummum* vocat *poëtam* de orat. lib. I. Hujuſmodi autem verſuum quaſi implexio in oratione ſoluta, amœniorem illam facit & ſuaviorem. Qua veteres & oratores & Philoſophi, inque primis Plato, uſi fuere elegantiſſ. Poſteriores autem modum interdum etiam exceſſiſſe putantur. Quos Cicero & hac in parte ſecutus ipſe quoque in omni genere ſcriptorum iſtam παρεμπλοκὴν (ſic enim a Græcis nominatur) uſurpavit. Nunc autem de eo genere loquor, in quo eſt verſuum talis inſertio, ut cum ſoluta hi oratione continuentur. Nam ſi quaſi ſeparatim recitentur gravitatem etiam teſtimonii habent, & fidem facere ſolent. Viſum autem

fuit paulo plura exempla colligere, quo melius hæc elegantis & floridæ orationis pulcherrima & gratiſſima forma perſpici poſſet. Cicero de orat. lib. I: *Quid eſt enim præclarius? quam honoribus & reipublicæ muneribus perſunctum ſenem, poſſe ſuo jure dicere id quod apud Ennium dicat ille Pythius Apollo Se eſſe eum unde ſibi ſi non populi & reges, at omnes ſui cives conſilium expetant.*

Suarum rerum incerti, quos ego mea ope ex
Incertis certos compoteſque conſilii.
Dimitto ut ne res temere tractent turbidas.

De opt. gen. or. *A me autem, ut cum maximis minima conſeram, gladiatorum par nobiliſſ. inducitur. Æſchines tanquam Æſerninus*, ut ait Lucilius,

Non ſpurcus homo, ſed doctus & acer.
Cum Pacidiano hic componitur optumus longe
Poſt homines natos.

De legibus lib. I: *Quare glandiſera illa quercus ex qua olim evolavit.*

Nuncia fulva Iovis miranda viſa figura,
Nunc ſit hæc.

Offic. lib. I: *Itaque in probris max. in*

terunt, nam inter præcipua eſt hoc epiſtolarum ornamenta. nos quædam & de illis referemus. Trebatio: *Hoc tibi tantum ignoſcemus nos amici quam ignoverunt Medea, quæ Corinthium arcem altam habebant matronæ opulentæ optimates, quibus illa manibus gypſatiſſ. perſuaſit ne ſibi illa vitio verterent, quod abeſſet a patria. Nam multi ſuam rem bene geſſere & publicam patria procul. Multi qui domi ætatem agerent, propterea ſunt improbati.* Et paulo poſt: *Et quando Medeam agere cæpi illud ſemper memento: Qui ipſe ſibi ſapiens prodeſſe nequit nequicquam ſapit.* Epiſtola ad Cæſarem, ut ipſe Cicero fatetur, novo quodammodo in hoc genere tota belliſſime pertexta eſt. Volumnio: *Vt etiam ſi quando aliquid dignum noſtro nomine emiſimus ingemiſcamus, quod hæc penniſero non armiſero in corpore exerceantur, ut ait Philoctetes apud Accium, abjecta gloria.* Papirio Pæto lib. X: *In eo igitur* inquis *convivio Cicero ille? Quem ſpectabant, cujus ob os Graji ora obvertebant ſua.* Ad Attic. lib. IV: *Ita ſunt res noſtræ, ut in ſecundis ſluxæ, ut in adverſis bonæ.* Lib. XII: *Chreme tantum ne ab re tua eſt otii tibi ut etiam oratorem legas?* Et Attic.

promulgatis, pellitur e medio non ſolum iſta veſtra verboſa ſimulatio prudentiae, ſed etiam ipſa illa domina rerum, ſapientia: vi geritur res. Spernitur orator, non ſolum odioſus in dicendo ac loquax, verum etiam bonus: horridus miles amatur. Veſtrum vero ſtudium totum jacet. Non ex jure manum conſertum, ſed mage ferro, inquit, rem repetunt. Quod ſi ita eſt, cedat, opinor, Sulpici, forum caſtris, otium militiae, ſtilus gladio, umbra ſoli: ſit denique in civitate ea prima res, propter quam ipſa eſt civitas omnium princeps. Verum haec Cato nimium nos noſtris verbis magna

ante dixi, elegantiſſ. uſus fuit. Ex Phædro: *Καί πως ἐδυσωπούμην κατ' Ἴβυκον, μή τι παρὰ θεοῖς ἀμπλακὼν τιμὰν πρὸς ἀνθρώπων ἀμείψω.* Et rurſum, *Ἐάν τέ τινα ἄλλον ἡγήσωμαι δυνατὸν εἰς ἓν ἐπὶ πολλὰ πεφυκότα ὁρᾶν, τοῦτον διώκω κατόπισθε μετ' ἴχνιον ὥστε θεοῖο.* Πολιτεί. β. *τὸ δὲ τοῦ Αἰσχύλου πολὺ ἦν ἄρα ὀρθότερον λέγειν κατὰ τοῦ ἀδίκου. τῷ ὄντι γὰρ φήσουσι τὸν ἄδικον ἅτε ἐπιτηδεύοντα πρᾶγμα ἀληθείας ἐχόμενον καὶ οὐ πρὸς δόξαν ζῶντα, οὐ δοκεῖν ἄδικον ἀλλ' εἶναι ἐθέλειν, βαθεῖαν ἄλοκα διὰ φρενὸς καρπούμενον, ἐξ ἧς τὰ κεδνὰ βλαστάνει βουλεύματα.* Νόμων. α. *προσποιώμεθα γοῦν Τυρταῖον τὸν φύσει μὲν Ἀθηναῖον, τῶνδε δὲ πολίτην γενόμενον. ὃς δὴ μάλιστα ἀνθρώπων περὶ ταῦτα ἐσπούδακεν εἰπὼν, ὅτι οὔτ' ἂν μνησαίμην οὔτ' ἐν λόγῳ ἄνδρα τιθείμην οὔτ' εἴ τις πλουσιώτατος εἴη φησὶν, οὔτ' εἰ πολλὰ ἀγαθὰ κεκτημένος.* In epiſtola Dionis: *Καί μοι τὸ τοῦ Εὐριπίδου κατὰ καιρόν ἐστιν εἰπεῖν ὅτι σοὶ πραγμάτων ἄλλων ποτὲ ξυμπεσόντων, εὔξῃ τοιοῦτον ἄνδρα σοὶ παραστῆναι.* Plato epiſtola ad neceſſarios & amicos Dionis: *Ἔδοξε δὴ χαλεπαίνειν μὲν οὐ δεῖν ἐμὲ Διονυσίῳ μᾶλλον. ἢ ἐμαυτῷ τε καὶ τοῖς βιασαμένοις ἐλθεῖν τὸ τρίτον εἰς τὸν πορθμὸν τὸν περὶ τὴν Σκύλλαν, ὄφρ' ἔτι τὴν ὀλοὴν ἀναμετρήσαιμι Χάρυβδιν.* In Sympoſio quidem hic *κατὰ κόρον*. Hoc genus nec non Xenophon in ſuo perquam ſcite uſurpavit. Sed hæc retuliſſe ſatis fuerit. *Camerarius.*

TOLLITVR E MEDIO] Liber manuſcr. habet PELLITVR. & ita apud A. Gellium legitur lib. XX, cap. IX. *Lambinus.*

Ea prima res] Lambinus, *ea prima ars*, præter libros tamen. *Gruterus.*

Verum hæc Cato] Si igitur eſt res militaris tanta, magni faciendam quidem omnes fatebuntur, ſed quibus hujus laus debebitur? Nimirum iis qui in bello magnas res virtute ſua geſſere. Obſtat igitur nunc hoc Ciceroni, quod Cato objecerat. Non ejuſmodi cum hoſtibus bellum geſſiſſe Murenam, ut virtus ipſius prædicari mereretur. Sit enim res ſane militaris præclariſſima, ille tamen non magnus imperator, qui armatis copiis nudos & fugaces ceciderit. Vt quamvis divina ars ſit oratoria, non tamen excellens orator habeatur, qui de ſtillicidiis aut tigno immiſſo forte vicerit dicendo. Removet igitur extenuationem belli Mithridatici Cicero & docet ingens illud fuiſſe. In quo tamen brevem ſe futurum ait, quod in eo cauſa non contineatur, quæ potiſſ. in ambitus crimine verſaretur. Hiſtoriæ autem quæ notantur hoc loco, ſunt apud Livium. Ac *Curii* quidem victoria, qua ſuperatum Pyrrhum Italia expulit, indicatur in epitoma lib. XIV. De *Flaminio* libro XXXIV. Triumphus M. Fulvii de Ætolis lib. XXXIX. Triumphus *L. Pauli* annotatur epitoma lib. XLV. & commemoratur luculente in vita Pauli a Plu-

tarcho,

[redacted]

magna facere demonſtrat: & oblitos eſſe, bellum illud omne Mithridaticum cum mulierculis eſſe geſtum. quod ego longe ſecus exiſtimo, judices: deque eo pauca diſſeram. neque enim cauſa in hoc continetur. Nam ſi omnia bella, quae cum Graecis geſſimus, contemnenda ſunt, derideatur de rege Pyrrho triumphus M' Curii: de Philippo T. Flaminini: de Aetolis M. Fulvii: de rege Perſe L. Paulli: de Pſeudophilippo Q. Metelli: de Corinthiis L. Mummii. ſin haec bella, graviſſima, victoriaeque eorum bellorum graviſſimae fuerunt: cur Aſiaticae nationes, atque ille a te hoſtis contemnitur? Atqui ex veterum rerum monumentis, vel maximum bellum populum Romanum cum Antiocho geſſiſſe video; cujus belli victor L. Scipio, parta cum Publio fratre

tarcho. Victoria *Q. Metelli* de Andriſco Pſeudo Philippo epitoma libri L. triumphus LII. unde *ille Macedonicus* cognominatus. *Mummii* victoria & triumphus ibidem. Cujus res geſtæ & a Pauſania in

T. Flaminini] Sic legendum, non *T. Flaminii*, ut habent plerique lib. vulgati. hic enim ille eſt T. Quintius Flamininus, L. Quintii Flaminini minoris frater: de quibus, idem Cicero in Ca-

[redacted]

gloria, quam laudem ille Africa oppreſſa cogno-
ipſo prae ſe ferebat, eandem hic ſibi ex Aſiae no-
aſſumſit. Quo quidem in bello virtus enituit e-
a M. Catonis, proavi tui. quo ille, quum eſſet,
o mihi ſtatuo, talis, qualem te eſſe video, num-
cum Scipione eſſet profectus, ſi cum muliercu-
llandum eſſe arbitraretur. Neque vero cum
icano ſenatus egiſſet, ut legatus fratri proficiſce-
, cum ipſe, paullo ante Hannibale ex Italia ex-
, ex Africa ejecto, Karthagine oppreſſa, maxi-
ericulis rempublicam liberaſſet, niſi illud grave
m & vehemens putaretur. Atqui, ſi diligenter,
Mithridates potuerit, & quid effecerit, & qui vir
, conſideraris, omnibus, quibuſcum regibus po-
Romanus bellum geſſit, hunc regem nimirum
ones. quem L. Sulla maximo & fortiſſimo exer-
citu

iete eſt. Horat. *Idem facit occi-*
ed nihil muto, nec mutari ve-
m talia *ἀνανταπόδοτα* in Tullio
ca occurrant. In prima agraria
Pecuniam enim (nihil ſequitur
ndeat *pecuniam*) *ſi qua poſt nos*
ex novis vectigalibus recipiatur,
cemviros. Act. v in Verr. cap. 26:
maritimi Syracuſis, qui ſæpe iſtius
ten audiſſent, cum eum ſæpe ti-
cum ejus ſupplicio atque cruciatu
alos, animumque exſaturare vel-
es nihil eſſe, ad quod referatur
aritimi. Plura occurrunt exem-
ibi a me notantur. Præterea ob-
tyrones *ille* hic ad propinquius
nimirum *Publio fratre*, *hic* ad re-
. *Scipio* pertinere, contra Gram-
m canones, ut ſæpe alii quoque
, & ad Tullium ipſi alibi anno-
. *Gravius*.

mihi ſtatuo, talis] Cohors mſſ.
itiones exoletæ, *ſtatuam* quæ ve-
. vel ducit ad veram. *Gruterus*.
c *πορίσαι*, ut frequenter apud
& Comicos. *Gravius*.

i, ſi diligenter] Magnum fuiſſe
ile *Mithridaticum bellum* docet.
Quod neque cum natione contemnenda ut exemplis veterum bellorum oſtendit, neque cum rege imbelli geſtum fuerit. Quod apparet utrumque ab adverſariis exprobatum Murenæ fuiſſe. Sunt autem amplificationes hujus belli ductæ a longitudine temporis, crebritate & magnitudine præliorum, inſtauratione & reparatione virium regiarum, imperatorum multitudine. Hujus hiſtoriam & in Maniliana perſtringit. *Camerar.*

Hunc regem nimirum anteponet] Guilielmius mutare cupit *nimirum* in *nimium*. ego ſuſpicor, *regem nimirum*, eſſe gloſſulam ad pronomen *hunc*, quamvis & illud abeſſe item poterat. *Gruterus*. Paullo ante Francii liber pro *quid effecerit* ſcribit *quid egerit*. non male.

Quem L. Sulla] Hæc in Naugeriana editione ita leguntur: *Quem L. Sulla maximo & fortiſſimo exercitu cum acerbaſſet, pugna non rudis imperator, ut aliud nihil dicam, cum bello invectum totam in Aſiam cum pace dimiſit*; quæ ſenſum certe habent quaſi liquidiorem. Hæc autem Cicero de hiſtoria belli Mithridatici ita refert ut cauſam adjuvent. Nam non tam illius regis potentia, quam inimi-

corum

citu pugna excitatum, non rudis imperator, ut nihil aliud dicam, eum bello invectum totam in Aſiam, cum pace dimiſit: quem L. Murena, pater hujuſce, vehementiſſime vigilantiſſimeque vexatum, repreſſum magna ex parte, non oppreſſum reliquit: qui rex, ſibi aliquot annis ſumtis ad confirmandas rationes & copias belli, tantum ipſe opibus conatuque invaluit, ut ſe Oceanum cum Ponto, Sertorii copias cum ſuis conjun-

eorum oppugnatio Sullam ab eo bello in Italiam a republica fuiſſe revocatum. Fecit autem pacem Sulla cum Mithridate his conditionibus, ut Aſia atque Paphlagonia tota cederet, & relinqueret Bithyniam Nicomedi, Cappadociam Ariobarzani. Vtque numeraret Romanis talentorum duo millia, & æratas atque omnibus copiis inſtructas naves mitteret ſeptuaginta. Ita & Sullam ſtabiliturum illius reliquum regnum & curaturum ut *ſocius populi Romani* appellaretur. auctor Plutarchus. *Camerar.*

Pugna excitatum] Liber manuſcr. ha-

ſignificationem inducunt. *Innocens*, id eſt probus. *Inermis*, nudus, *imbellis*, timidus. Minus cum aliqua de cauſa aut dubitantes, aut invidentes, aut moderatione aliqua aſſeverationem cohibemus. Terent. *Hic Geta præterea, ut captus eſt ſervulorum, non malus neque iners.* Eunucho: *Quid videtur hoc tibi mancipium? Non malum hercle.* Virg. lib. VII: *Non erimus regno indecores.* Terent. *Vbi moleſtum non erit.* Plus, cum ex perſona, ex re, ex tempore, atque ſimiliter ſenſus intenditur. Virgil. lib. XI:

—— *Quem non virtutis egentem*

[redacted]

yzicenorum moenia conſtitiſſet, eamque urbem Mithridates Aſiae januam fore putaviſſet, qua ef- & revulſa, tota pateret provincia, perfecta ab allo haec ſunt omnia: ut urbs fideliſſimorum ſo- m defenderetur, & omnes copiae regis diuturni- [illegible] conſumerentur. Quid? illam pugnam [illegible] Tenedum, cum contento curſu, acerri- [illegible]cibus, hoſtium claſſis Italiam ſpe atque animis peteret, mediocri certamine, & parva dimica- commiſſam arbitraris? Mitto proelia, praetereo [o]ppugnationes oppidorum. expulſus regno tandem ali-

[illegible] Alter autem Con- [illegible] ad Bithyniam defendendam [illegible] miſerunt, fuit M. Aurelius [illegible] Rex prælio ad Chalcedo- [illegible], ut eſt in epitoma Liviani li- [illegible] Plutarchus in Lucullo, naves [illegible] cum viris, cæſa au- [illegible] millia peditum, ipſum Cot- [illegible]lcedone incluſum obſeſſumque [illegible]. *Camerar.*

Mithridatem perſequeretur] Imo [illegible], ſi ſtandum mſſ. & edd. vett. [illegible]poſita negatio, *non perſeque-* [illegible]. Sed Franc. *Mithrida-* [illegible] ſine negandi particula.

[illegible] mœnia] Hæc in Lucul- [illegible], ubi & hoc dicitur captum [illegible] ducem Sertorian. Sed

mis obſidionis periculis liberavit. Ab eodem imperatore claſſem magnam & ornatam, quæ ducibus Sertorianis ad Italiam ſtudio inflammato raperetur, ſuperatam eſſe atque depreſſam, magnas hoſtium præterea copias multis præliis eſſe deletas. Plutarchus ad hanc pugnam navalem ſomnio excitatum & confirmatum Lucullum ſcribit, cum viſus eſſet videre Venerem Ilienſem ad ſe venire & his verbis alloqui:

> Τί καθεύδεις μεγάθυμε Λέων; νεβροὶ δέ τοι ἐγγύς.
>
> *Aſſunt hinnuli, Leo quid fortiſſ. dormis.* Camerar.

Ut omnes copiæ regis] Rectius Francii: *& omnes copiæ regis*, & idem paullo poſt: *Ut ſe, rege Armeniorum adjuncto, novis opibus copiiſque renovaret.* quamvis vulga-

[redacted]

aliquando tantum tamen conſilio atque auctoritate valuit, ut ſe, rege Armeniorum adjuncto, novis opibus
16 copiiſque renovaret. Ac, ſi mihi nunc de rebus geſtis eſſet noſtri exercitus imperatoriſque dicendum, plurima & maxima proelia commemorare poſſem. ſed non id agimus. hoc dico: ſi bellum hoc, ſi hic hoſtis, ſi ille rex contemnendus fuiſſet, neque tanta cura ſenatus & populus Romanus ſuſcipiendum putaſſet, neque tot annos geſſiſſet, neque tanta gloria L. Luculli, neque vero ejus belli conficiendi curam tanto ſtudio populus Romanus ad Cn. Pompejum detuliſſet: cujus ex

Rege Armeniorum] *Tigranem* ſignificat generum Mithridatis, nam habuiſſe hujus illum in matrimonio filiam Cleopatram traditur. Non autem voluerat cum Mithridate ſocietatem jungere rebus ipſius proſperis, ne ſuis viribus auctus nimium creſceret, afflictum vero adjuvit, ut & in Maniliana: *Hunc in illo timore & fuga Tigranes rex Armenius excepit, diffidentemque rebus ſuis confirmavit,* [redacted]

dem pugnata hoc modo. Pompejus aſſecutus Mithridatem juxta Euphratem, veritus ne trajecto fluvio ille effugeret circa noctem mediam copias adverſus eum duxit. Illo tempore ferunt per quietem viſum oblatum Mithridati, quo ſignificata fuerunt ea quæ mox acciderunt. Videri enim ſibi vento ſecundo ferri per mare Ponticum & jam Boſporum habere in conſpectu, ac ſubito ſo- [redacted]

ibus pugnis, quae ſuht innumerabiles, vel acer- ihi videtur illa, quae cum rege commiſſa eſt, na contentione pugnata. qua ex pugna cum ſe uiſſet, & Boſporum confugiſſet, quo exerci- e non poſſet, extrema etiam in fortuna & fu- en tamen retinuit regium. Itaque ipſe Pom- regno poſſeſſo, ex omnibus oris ac notis ſedi- ce pulſo, tamen tantum in unius anima po- , cum omnia, quae ille tenuerat, adierat, ſpe- ictoria poſſideret; tamen non ante, quam illum pulit, bellum confectum judicarit. Hunc tu , Cato, contemnis, quo cum per tot annos, liis, tot imperatores bella geſſerunt? cujus ex- ejecti vita tanti aeſtimata eſt, ut, morte ejus , tum denique bellum confectum arbitraretur? Hoc

ſe inferunt, neque reſiſtere ue fugientes ac perterritos cæ- unt eo prælio hominum in- *M.* & plures, ac caſtra capta. idates, initio cum equitibus perruperat Romanos, & e- n alii diſpergerentur, tribus itatus effugit. *Camerar.*

confugiſſet] Boſporus etiam n eſt in Thracio littore ubi r non excedere latitudine ſua ingentorum paſſuum. Sed loca & gentem ſignificare vi- t alibi: *Vt ille Creta, cum Cli- Lacedæmonio Megillo diſputans.* Ponti Euxini excipit *Propontu* icata, quod ante Pontum ſit, paſſ. ad M. circiter LXVI. ut refert μαλπροσ..ν. Has exci- fauces *Helleſponti*, ubi maris auctor ſcripſit latitudinem nde jam mare mediterraneum ic illo loco *Ægeum* nomina- ylus dictum Boſporum ait in ab Inachi filia verſa in bo- a illa tranaverit. gentile eſt Maniliana. Sunt & Βοσπορη- ... & Βοσπόριοι etiam . Idem.

Etiam in extrema fortuna] Traditum eſt pertæſum vitæ Mithridatem, cum filium etiam ſuſpectum quaſi inſidiare- tur vitæ ſuæ haberet, mori decreviſſe. Cum autem venenis nullis læderetur, ita tandem ad ferri opem confugiſſe. In- credibili autem lætitia exercitum Pom- peji fuiſſe affectum nuntiata morte illius ſcripſit Plutarchus, ὡς ἐν τῷ σώματι Μι- θριδάτου μυρίων τεθνηκότων πολεμίων. Idem.

Hoſte pulſo] Friget hic *hoſte.* Longe verius Francii codex: *hocce pulſo*, nimi- rum Mithridate, de quo loquitur. *Græv.*

Hunc tu hoſtem] Ἐπίλογος μακρός. reſponſionis de bello Mithridatico & di- gnitate Murenæ, & poſuit *arbitraretur* in ſignificatione paſſiva, ut *adipiſcitur.* Plau- tus: *Non ætate verum ingenio adipiſcitur ſapientia.* Camerar.

Tanti æſtimata eſt] Francii codicis le- ctio præferenda eſt vulgatæ: *tanti exiſti- mata eſt.* quamvis non multum interſit utro modo legas. *Gravius.*

Tum denique bellum confectum arbitrare- tur?] Vel *arbitraretur?* παθητικῶς acci- piendum eſt, vel legendum, *arbitrare- mur?* quod in nonnullis libris reperi- tur. *Lambinus.* *Tum denique bellum con- fectum*

Hoc igitur in bello L. Murenam, legatum fortiſſimi animi, ſummi conſilii, maximi laboris cognitum eſſe defendimus: & hanc ejus operam non minus ad conſulatum adipiſcendum, quam hanc noſtram forenſem
17 induſtriam dignitatis habuiſſe. At enim in praeturae petitione prior renuntiatus eſt Servius. Pergitiſne vos tanquam ex ſyngrapha agere cum populo, ut, quem locum ſemel honoris cuipiam dederit, eundem reliquis honoribus debeat? Quod enim fretum, quem Euripum tot

fectum arbitraretur?] Παθητικῶς. nec aliter omnes mſſ. noſtri aut quondam excuſi. Lambinus maluit *arbitraremur*. Gruterus. *Tum* abeſt a Francii codice.

At enim in prætura petitione] Supra idem objectum adverſariorum de Quæſtura, breviter modo perſtrinxit. Sed urgentibus illis ac rurſum de prætura inculcantibus reſpondet nunc verboſius. Ac primum contra Murenæ dignitatem, tanquam teſtimonium, ut ipſi videri vellent, populi, Cicero refutat argu-

Ac veluti in magno populo cum ſæpe coorta eſt
Seditio, ſævitque animis ignobile vulgus.
Iamque faces & ſaxa volant furor arma miniſtrat. Camerar.

Tanquam ex ſyngrapha] Proverbiali figura obligationem indicat certæ & definitæ voluntatis, quam a populo candidatis deberi negat. Sic Trebatio: *Tanquam enim ſyngrapham ad imperatorem non epiſtolam attuliſſes, ſic pecunia ablata domum redire properabas.* Eſt autem *ſyngra-*

motus, tantas, tam varias habere putatis agitatio- ﬂuctuum; quantas perturbationes, & quantos ae- habet ratio comitiorum? Dies intermiſſus unus, nox interpoſita, ſaepe perturbat omnia: & totam ionem parva nonnumquam commutat aura rumo- Saepe etiam ſine ulla aperta cauſa ſit aliud atque timamus, ut nonnumquam ita factum eſſe etiam ulus admiretur: quaſi vero non ipſe fecerit. Nihil ncertius vulgo, nihil obſcurius voluntate hominum, l fallacius ratione tota comitiorum. Quis L. Phi- um ſummo ingenio, opera, gratia, nobilitate, a Herennio ſuperari poſſe arbitratus eſt? quis Qu. Ca- im, humanitate, ſapientia, integritate antecellentem n. Manlio? quis M. Scaurum, hominem graviſſi- m, civem egregium, fortiſſimum ſenatorem, a . Maximo? non modo horum nihil ita fore putatum , ſed ne cum eſſet factum quidem, quare ita factum t intelligi potuit. Nam ut tempeſtates ſaepe certo ali-

ns rapitur. *Fretum* autem eſt πορ-, id eſt, mare coactum intra ter- x. ἰσθμὸς anguſta terra intra maria, ue fauces illæ maris, hæ terræ. s vero fervorem ſignificat, qui & ntis concitato mari & quaſi ebul- dicitur. Vt, *fervere Leucaten*. Et, *ſtus arenis*. Et rurſum: *Exultantque atque æſtu miſcentur arena*. Camer.

Euripum tot motus] Videtur hoc tum ex Æſchinis oratione contra phontem, καὶ πλείους τραπόμενο[illegible] ἐς τοῦ Εὐρίπου. F. Vrſinus. Cau- hujus opinionis, cur ſepties credi- erit reciprocare die ac nocte æſtum, tantum quater ut cetera maria æ-, docet egregie magnus Vir, Iſaacus ius obſerv. ad Melam II, 7.

ies intermiſſus unus aut nox] A Fran- beſt *unus*, & poterat abeſſe ſine ullo endio. *Gravius*.

uaſi vero] Mirabile populum mirari l ipſe fecerit, ut fiat ab hoc, quod ille ſe feciſſe neſciat: quantam r varietatem quam nihil certi in re ineſſe neceſſe eſt? Sed *Scauri*, *Catuli*, *Philippi* mentio ſit in Bruto inter orato- res. *Camerar.*

Summo ingenio, opibus] Sic reſtituit Hottomannus, cum in vulgatis libris legatur, *ingenio, opera*. Lamb. *Summo ingenio, opera, gratia*] Hottomannus li- bro II Obſervat. cap. 13. reponit, *opibus*. ſed præter libros vett. intelligitur autem *forenſi*; quod annotavit ad oram Guiliel- mius. *Gruterus*. Lambinus, & nupera Pariſienſis editio recepit conjecturam Hottomanni. Sed recte codicum ſcriptu- ram tuetur Guilielmius, quamvis utra- que locutio ſit paullo inſolentior, *vir ſummis opibus, & vir ſumma opera*. Græ- vius.

Nam ut tempeſtates ſæpe certo aliquo cæli ſigno commoventur] Sequitur elegans comparatio ſignificationum cæleſtium. *Signa* autem dicuntur ſidera, id eſt, ſtel- læ ita diſpoſitæ, ut effigiem quandam ex- primere videantur, ut Arcturi, qui & Arctophylax & Bootæ. Vel quod ortu occaſuve ſuo ſtellæ ſignificationes dent tem-

aliquo caeli ſigno commoventur, ſaepe improviſo nulla ex certa ratione, obſcura aliqua ex cauſa excitantur: ſic in hac comitiorum tempeſtate populari ſaepe intelligas, quo ſigno commota ſit: ſaepe ita obſcura eſt, ut caſu ex-
18 citata eſſe videatur. Sed tamen, ſi eſt reddenda ratio, duae res vehementer in praetura deſideratae ſunt, quae ambae in conſulatu tum Murenae profuerunt, una, exſpectatio muneris, quae & rumore nonnullo, & ſtudiis ſermonibuſque competitorum creverat: altera, quod ii, quos in provincia ac legatione omnis & liberalitatis, & virtutis ſuae teſtes habuerat, nondum deceſſerant. Horum utrumque ei fortuna ad conſulatus petitionem re-

tempeſtatum, ut ait Plautus Rudente: *Nam arcturus ſignum ſum omnium acerr. Vehemens ſum exoriens, cum occido vehementior.* Item Capellæ ſidus pluvias ciet, unde hoc *pluviale* ſignum ab Ovidio dicitur: *Olentis ſignum pluviale Capellæ.* Et Orionis ortus hiemat, ſecundum hoc: *Cum ſubito aſſurgens fluctu* [redacted]

Expectatio muneris] *Munus* populo magiſtratus ſolebant & promittere & oſtendere ſe daturos eſſe. Intelliguntur autem hac appellatione, ludi ſcenici & apparatus illorum magnificentia, ſpectacula gladiatorum, epulæ etiam publicæ. Sed a Murena fruſtra expectatum fuiſſe munus ſignificat, atque hanc ipſam ex- [redacted]

reſervavit. nam & L. Luculli exercitus, qui ad triumphum convenerat, idem comes L. Murenae praeſto fuit: & munus ampliſſimum, quod praeturae petitio deſiderabat, praetura reſtituit. Num tibi haec parva videntur adjumenta & ſubſidia conſulatus? voluntas militum? quae cum per ſe valet multitudine, cum apud ſuos gratia; tum vero in conſule declarando multum etiam apud univerſum populum Romanum auctoritatis habet ſuffragatio militaris. imperatores enim comitiis conſularibus, non verborum interpretes deliguntur. quare gravis eſt illa oratio, me ſaucium recreavit: me praeda donavit: hoc duce caſtra cepimus, ſigna con-

Idem comitiis L. Murena] Libri vulgati habent, *idem comes L. Mur.* plane mendoſe. Nam, comitiis, legendum, ut cenſet Hottomannus. *Lambinus.* *Idem comes L. Murena*] Egregie; comitatus eſt enim exercitus ſuum candidatum. ſic eſt in omnibus noſtris, itaque non eſt quod recipiamus Lambini *comitiis*, ortum a divinatione Hottomanni, cap. 13. *Gruterus.*

Non verborum interpretes deliguntur] Libri ſcripti duo habent, *diligentur.* unde conjicio legendum, *dileguntur:* ut loquebantur olim ſcriptores. *Lamb.*

Quare gravis eſt illa oratio] Elegans inerta hoc loco eſt ἐϑυϖοῖτα militaris factoris. *Omen* autem prærogativum in 2 de divinat. lib. legitur *omen prærogativa.* Erat autem omnium juſtorum comitiorum *centuria* prærogativa, id eſt, quæ antequam ordine ſuffragia ferrentur, rogari ſolebat. Cujus omen in utramque partem quia ſemper Cicero valuiſſe dicit, *prærogativa* etiam quaſi *præjudicii* ſignificationem habet. Et quia hoc veluti eximium tribuebatur candidatis, ut quemadmodum diximus, de ipſorum honore prærogaretur. poſtea in ſignificatione etiam præcipui muneris & ſingularis rationis vocabulo ſunt uſi. Vt in epiſtola Catonis lib. xv: *Supplicatio prærogativa triumphi.* Et apud Livium lib. xxviii: *Ἁ[d]jeciſſe equitum prærogativa auctoritatem* &c. & apud Iuriſc. *Prærogativa votorum.* Rem autem indicat atque oſtendit Cicero pro Plancio his verbis: *An tandem una centuria prærogativa tantum habet auctoritatis, ut nemo unquam prior eam tulerit, quin renunciatus ſit? aut his ipſis comitiis conſularibus, aut certe in illum annum ædilem tu Plancium factum miraris, in quo non unius tribus pars, ſed comitia tota comitiis fuerint prærogata?* Fit & in Piſonem mentio *tabulæ prærogativæ*, & divin. 11. dicitur quendam *in prærogativa referenda concidiſſe*, & eſſe mortuum. Faciunt planiorem rem quæ leguntur in lib. ix Livii: *Papirius D. Iunium Bubulcum magiſtrum equitum dixit, atque ei legem curiatam de imperio ferenti triſte omen diem diffidit, quod Fancia curia fuit principium duabus inſignis cladibus, capta urbis & Caudinæ pacis, quod utroque anno ejuſdem curiæ fuerat principium*, &c. Et vero quæ lib. xxiv: *Inde Romam Comitiorum cauſa veniens in eum quem primum diem comitialem habuit, comitia edixit, atque ex itinere præter urbem in campum deſcendit. Eo die cum ſors prærogativæ ante Iuniorum exiiſſet, eaque T. Octacilium & M. Æmylium Regulum conſules diceret*, &c. Et aliquanto poſt: *Prærogativa Iuniorum in ſuffragium revocata*, &c. Fuit autem hæc ſortu, ut ex hoc loco & Philip. 11. intelligi poteſt. *Camerar.* De prærogativæ tribus, curiæ, centuriæ poteſtate & ratione vide Gronov. Obſervat. lib. iv, cap. 1.

Quam

contulimus: numquam iſte plus militi laboris impoſuit, quam ſibi ſumſit ipſe; cum fortis, tum etiam felix. Hoc quanti putas eſſe ad famam hominum ac voluntatem? etenim, ſi tanta illis comitiis religio eſt, ut adhuc ſemper omen valuerit praerogativum, quid mirum eſt, in hoc felicitatis famam
9 ſermonemque valuiſſe? Sed ſi haec leviora ducis, quae ſunt graviſſima, & hanc urbanam ſuffragationem militari anteponis, noli ludorum hujus elegantiam, & ſcenae magnificentiam valde contemnere: quae huic admodum profuerunt. Nam quid ego dicam, populum ac vulgus imperitorum ludis magnopere delectari? minus eſt mirandum. quamquam huic cauſae id ſatis eſt. ſunt enim populi ac multitudinis comitia. Quare ſi populo ludorum magnificentia voluptati eſt, non eſt mirandum, eam L. Murenae apud populum profuiſſe. Sed ſi noſmetipſi, qui & ab delectatione omni negotiis impedi-
[redacted]

L. Otho, vir fortis, meus neceſſarius, equeſtri ordini reſtituit non ſolum dignitatem, ſed etiam voluptatem. Itaque lex haec, quae ad ludos pertinet, eſt omnium gratiſſima, quod honeſtiſſimo ordini cum ſplendore fructus quoque jucunditatis eſt reſtitutus. Quare delectant homines, mihi crede, ludi, etiam illos, qui diſſimulant, nonſolum eos, qui fatentur: quod ego in mea petitione ſenſi. nam nos quoque habuimus ſcenam competitricem. Quod ſi ego, qui trinos ludos aedilis feceram, tamen Antonii ludis commovebar: tibi, qui caſu nullos feceras, nihil hujus iſtam ipſam, quam irrides, argenteam ſcenam adverſatam putas? Sed

L. Otho] L. Roſcius Otho, ut apud Aſconium & in epitoma Liviani libri XCIX. legitur trib. pl. legem tulit, ut equitibus Romanis in Theatro quatuordecim gradus proximi aſſignarentur. In vita Ciceronis edita a Plutarcho, Marcum Othonem prætorem equites a plebe diſtinxiſſe, traditur minus exquiſite. Ibidem & odium hoc facto multitudinis in illum concitatum, reſtinxiſſe Ciceronem habita concione ad ædem Bellonæ, memoratur. In Dionis libro XXXVII hæc leguntur: Εἰσήνεγκεν ὁ Ῥώσκιος νόμον ὃς τὰς τῶν ἱππέων ἐν τῷ θεάτρῳ ἕδρας ἀκριβῶς ἀπὸ τῶν ἄλλων ἀφώρισε. Hæc igitur *lex Roſcia* fuit *theatralis* dicta, & relata mox ad cenſum equeſtrem Seſtertiorum quadringentorum: quam abolitam reſtituit longo poſt tempore Cenſor Domitianus, ut Martialis indicat lib. V:

Herbarum fueras indutus Baſſe colores,
Iura theatralis dum ſiluere fori.
Quæ poſtquam placidi cenſoris cura renaſci,
Juſſit, &c.

Fuit & *lege Roſcia* decoctoribus certus locus conſtitutus in theatro, ut dicitur in Philip. II. *Cam.* Vid. & Plin. VII, 30.

Scenam competitricem] Significat competitoribus ſuis nou defuiſſe favorem & ſtudium populi, quod obtinuiſſent ludorum apparatu. Poſuit enim ſcenam καθ' ὑπαλλαγὴν cum ſignificentur ludi ſcenici & ſpectaculorum magnificentia, totaque locuno mutata eſt. Nam non petiit cum Cicerone ſcena res ſenſu carens, ſed ii petiere, qui munere & ludis, quæ, ut diximus ſcenæ appellatione notantur, populum deleniviſſent. *Scena* autem in theatro erat hiſtrionum & actorum. Vnde & ὀρχήστρα: patens ante ſcenam ad actionem locus. *Camer.*

Scenam competitricem] Id eſt, Cajum Antonium competitorem, qui ludos fecerat magnificentiſſimos, ut ipſa ejus ſcena ei petere conſulatum videretur. *Sylv.*

Trinos ludos] Ædilitatis ſuæ ſumtum ſane exiguum, ſcilicet pro facultatibus fuiſſe Cicero ſcribit II de offic. *Ludos facere* alibi quoque Cicero dicit. II in Verr. *Decem dies ſunt ante ludos votivos, quos Cn. Pompejus facturus eſt.* Pro Cn. Plancio: *Præneſte feciſſe ludos. Quid? alii Quæſtores non fecerunt?* Pro P. Sextio: *Ex te igitur Scaure potiſſimum quæro, qui ludos apparatiſſimos magnificentiſſimoſque feciſti.* Idem.

Argenteam] Plin. lib. XXXIII. c III. ita: *Cæſar qui poſtea dictator fuit primus in ædilitate munere patris funebri omni apparatu arenæ argenteo uſus eſt, feraſque argenteis vaſis inceſſere tum primum viſum.* Mox: *Quod etiam in municipiis æmulantur. C. Antonius ludos ſcena argentea fecit. Item L. Murena & C. princeps in circo pegma duxit, in quo fuere, argenti pondo C XXIV: Camerarius.*

Sed haec ſane ſint paria omnia: ſit par forenſis opera militari: ſit par militari ſuffragatio urbana: ſit idem, magnificentiſſimos, & nullos umquam feciſſe ludos: quid? in ipſa praetura nihilne exiſtimas inter tuam,& iſtius ſortem interfuiſſe? Hujus ſors ea fuit, quam omnes tui neceſſarii tibi optabamus, juris dicundi: in qua gloriam conciliat magnitudo negotii, gratiam aequitatis largitio: qua in ſorte ſapiens praetor, qualis hic fuit, offenſionem vitat aequabilitate decernendi, benivolentiam adjungit lenitate audiendi. Egregia & ad conſulatum apta provincia, in qua laus aequitatis, integritatis, facilitatis ad extremum ludorum voluptate concluditur. Quid tua ſors? triſtis, atrox, quaeſtio peculatus, ex altera parte lachrymarum & ſqualoris, ex altera plena catenarum atq; indicum.

co-

Sed hac ſane ſint paria omnia] Tranſit ad comparationem Præturæ, eamque ita tractat, ut ſi forte priora non ejuſmodi eſſe videantur, quæ tantum honorem

explicare. Intelligere tamen, ut opinor, hoc licet, quod noſtro etiam ſtudio interea dum certiora comperta fuerint, ſatis eſſe debet, poſt Sullanum

, & conſul probavi. ſed tamen L. Murenae provintas bonas gratias cum optima exiſtimatione attuuit proficiſcens delectum in Vmbria: dedit ei fa-
n reſp. liberalitatis: qua uſus multas ſibi tribus, unicipiis Vmbriae conficiuntur, adjunxit. ipſe

nu-

pars civitatis, &c.] Quidam, *& prope dimidia pars civitatum* nullum eſt hujus vocis anuſcr. veſtigium: deinde partis dimidia intelligitur.

imata] Æſtimatio litis eſt olvere aut quid ſufferre damreat: id quod Græci τίμημα *verar.*

obliviſcitur] Inſignes ἀντι-*ter, dolet: obliviſcitur, memi-* autem ſui emolumenti gratia cupide in provincias profi-. Cicero etiam alibi *de ne-cius* gloriari ſolet. *Idem. Cui* damnatum eſſe & litem ſetam, brevi obliviſcuntur hu-*ed cui dolet*, diu meminit pœer quærit occaſionem prætodamnatus eſt peculatus, ulihil hæc ad provincias, in raſſati erant, repetundarum . *Grævius.*

& prætor & conſul probavi] ſec. *& præſ. conſule prob.* tert. le. oct. *in me ipſo & proconſule* s, *in me ipſo proconſule proba-* verius videtur, niſi potius *ore & conſule prob.* certe comripturæ hic nocuiſſe, prodit

ſignificationis cauſa hæc dictio ad alias addi ſolet, quemadmodum contraria ad infamiam; *fides bona, ſalus bona, dolus malus, peſtis mala*, quamvis in *dolo* & veneno malo aliquid diſtinctionis eſſe Iuriſconſ. placeat. Terentius etiam dixit; *cum bona gratia* potius quam cum mala. Eſt & in hoc verbo ſignificatio copiæ & magnitudinis, ut: *Namque hic bonam magnamque partem ad te attulit.* Et, *bona pars non ungues ponere curat.* Camerar. Recte *bonas gratias*. Nam eſt & *mala gratia*. Senec. ep. 82: *Hoc certe juſtitia convenit ſuum cuique reddere, beneficio gratiam, injuria talionem, aut certe malam gratiam.* Apul. VI Mileſ. *Tuis quidem lacrymoſis precibus commoveor & opitulari cupio: ſed cognata mea malam gratiam ſubire nequeo.* Hinc *gratiam referre*, pro malam gratiam rependere, punire, ulciſci. Senec. I de clem. 7: *Timent cætera contemtum, & non retuliſſe lædentibus gratiam, infirmitas videtur, non clementia.* Id. ep. 47: *Retulit illi gratiam Servius.* Cicero pro Sulla: *Nunc tecum ſic agam, tuliſſe ut potius injuriam, quam retuliſſe gratiam videar*, pro retuliſſe injuriam. Quod hic Cicero dixit *multas bonas gratias* attulit, ſuperius in hac oratione cap. 11: *Plurimas gratias parit.* & contra ea cap. 12: *Gratia multo minores.* Rarius in hoc occurrit numero. *Grav.*

autem in Gallia, ut noſtri homines deſperatas jam pecunias exigerent, aequitate diligentiaque perfecit. Tu interea Romae ſcilicet amicis praeſto fuiſti. fateor: ſed tamen illud cogita, nonnullorum amicorum ſtudia minui ſolere in eos, a quibus provincias contemni intelligant.
21 Et, quoniam oſtendi, judices, parem dignitatem ad conſulatus petitionem, diſparem fortunam provincialium negotiorum in Murena atque in Sulpicio fuiſſe: dicam jam apertius, in quo meus neceſſarius fuerit inferior Servius, & ea dicam, vobis audientibus, amiſſo jam tempore, quae ipſi ſoli, re integra, ſaepe dixi. Petere conſulatum neſcire te, Servi, perſaepe tibi dixi: & in iis rebus ipſis, quas te magno & forti animo & agere & dicere videbam, tibi ſolitus ſum dicere, magis te fortem ſenatorem mihi videri, quam ſapientem candidatum. Primum accuſandi terrores & minae, quibus tu quotidie uti ſolebas, ſunt fortis viri: ſed & populi opinionem a ſpe adipiſcendi avertunt, & amicorum ſtu- [redacted]

m perſequi non placet? imo vehementer placet: ud tempus eſt petendi, aliud perſequendi. Peti- ego, praeſertim conſulatus, magna ſpe, magno , magnis copiis & in forum, & in campum de- olo: non placet mihi inquiſitio candidati, prae- repulſae: non teſtium potius, quam ſuffraga- comparatio: non minae magis, quam blandi- ıon declamatio potius, quam perſalutatio: prae- cum jam hoc novo more omnes fere domos m concurſent, & ex vultu candidatorum con- ım faciant, quantum quiſque animi & facultatis : videatur. Videſne tu illum triſtem, demiſſum? diffidit, abjecit haſtas. Serpit hic rumor: ſcis m accuſationem cogitare? inquirere in competi- teſtes quaerere? alium faciam, quoniam ſibi hic ːſperat. Ejuſmodi candidatorum amici intimi de-

io candidati] Quam facit candi- rei criminibus. Accuſatori e- litimo certum aliquod tempus d inquirenda rei crimina. *Sylv.*

ia magis, quam blanditiæ] Franc. *otius, quam blanditia.* Non ſine r toties *potius.* Græv.

clamatio potius] Hoc verbum uſurpari Ciceronis temporibus cat in Bruto: *Commentabor de- . ſic enim nunc loquuntur.* Et *Vt digeſtio potius quam decla- retur.* Et Seneca hoc ſcripſit. ır autem exercitatio dicendi & ad cauſas agendas. Græcis eſt ſterioribus etiam λαλιά. Nam quamvis ad clamandi ſignifi- alludat, tamen vocis eſſe ma- dictionis exercitatio videtur. *s.*

tatio] Perſalutatio ſuffragato- os etiam nominatim appellare Candidatum enim ſequebatur tor, qui ei hominum nomina r. *Sylvius.* *Declamatio potius, ſalutatio*] Haud aliter Pal. ſec. Victoris, alludebat Pal. oct. in *latio.* vulgato hactenus defuit illud *per.* eſt autem *perſalutare*, obire o- mnium domos ſalutandi cauſa. qua voce utitur Tullius pro Flacco cap. 18. *Grut.*

Videſne tu illum triſtem] Bella μίμησις ſive ἠθοποιία multitudinis ſuffragatricis. *Abjecit* autem *haſtas*, id eſt, deſperavit de victoria, ut videtur, a gladiatorum certamine ducta tranſlatione, vel ceſſit loco, ut ſit quod Græci ajunt λείπειν τὴν τάξιν. nam veteres compoſito verbo λειποταξεῖν uſi eſſe non putantur. Mox *ſerpit rumor*, id eſt creſcit, & procedit & ſpargitur fama. Et, *rem teſtatam*, notam ac manifeſtam. *Camerar.*

Abjecit haſtas] Eſt haſta non id, quod vulgo dicunt, ſed jaculum; quam in ſumma deſperatione poſtremam abjiciebant, ut nunc gladium. *Sylvius.*

Neſcis tu illum accuſationem] Sic legendum eſt, non ut in libris vulg. *Scis tu illum*, &c. atque ita loquitur in Planciana: *Quid? tu neſcis*, inquit, *hunc Syracuſis quæſtorem fuiſſe?* Et paullo poſt, mendoſe eſt in vulgatis, *aut teſtatam rem*, &c. legendumque, *aut totam rem*, &c. Lambinus. *Scis tu illum accuſationem*] Lambinus, *Neſcis tu illum.* ſed fruſtra. ſane præter libros. *Gruterus.*

 Aut

debilitantur, ſtudia deponunt, aut teſtatam rem abjiciunt, aut ſuam operam & gratiam judicio & accuſa-
22 tioni reſervant. Accedit eodem, ut etiam ipſe candidatus, totum animum atque omnem curam, operam, diligentiamque ſuam in petitione non poſſit ponere. adjungitur enim accuſationis cogitatio, non parva res, ſed nimirum omnium maxima. Magnum eſt enim te comparare ea, quibus poſſis hominem e civitate, praeſertim non inopem, neque infirmum, exturbare: qui & per ſe, & per ſuos, & vero etiam per alienos defendatur. Omnes enim ad pericula propulſanda concurrimus. & qui non aperte inimici ſumus, etiam alieniſſimis in capitis periculis amiciſſimorum officia & ſtudia praeſtamus. Quare ego expertus & petendi, & defendendi, & accuſandi moleſtiam, ſic intellexi; in petendo ſtudium eſſe acerrimum: in defendendo officium: in accuſando laborem. Itaque ſic ſtatuo, fieri nullo modo poſſe, ut idem accuſationem, & petitio-

[redacted]

rmaſſet, petitioni vero refragata eſt. Poena gra- n plebem tua voce efflagitata eſt: commoti ani- nt tenuiorum: Exſilium in noſtrum ordinem: eſſit ſenatus poſtulationi tuae: ſed non libenter rem fortunae communi conditionem, te auctore, tuit. Morbi excuſationi poena addita eſt: voluntas

nim dies fuit] Exaggerat nego- ſtudium accuſationis Servianæ, llum minus petitioni vacare po- elligatur. *Camerar.*

rnia] Hanc legem latoris nomi- latam, ut mos erat, apparet mi- ere perſcriptam Servio viſam taque poſtulaſſe ut nova de am- ferretur, atque hujus, ut ante , lator Cicero fuit. Atque nunc ere ipſius etiam accuſationis a- , omnium animos offenderit tendere Cicero, ut nihil minus m ſit, quam hunc Conſulem factum. *Idem.* *Calpurnia*] rnius Piſo, non multis annis ſulatum Ciceronis, tulit ex Se- ſulto legem de ambitu, in qua lias pœnas pecuniaria quoque rat. Hanc legem graviorem, tea fuerat, cum ferret, propter inem diverſorum, qui per vim ntur, e foro ejectus eſt: poſtea ſtipatus in forum deſcen- . Sed cum petente Cice- Cicero Conſul ex Senatuſconſulto legem de ambitu tulit. *Sylvius.* Ante legem Calpurniam idem crimen Petillia & Cornelia Bæbia, poſt eam Tullia, Pompeja & Iulia coërcebatur, notante Ant. Auguſtino de legibus.

Fortuna communi] Omnium ſenatorum. *Sylvius.*

Morbi excuſationi] Excuſabantur morbo & Senatores, quo minus in Senatum venire; excuſabantur & rei ne judicio ſiſti cogerentur. Sed quæ poena & cujuſmodi morbi excuſationi addita fuerit hac lege, de eo nihil adhuc quidem, quod placeret, reperire potui. Ita ſit, ut mihi quidem totus locus obſcurior ſit. Venit autem ſenſus duplex in mentem. Vnus, dici *offenſam voluntatem multorum*, qui aut negligere reſpectum & curam valetudinis ſuæ in neceſſariis laboribus, aut poſtea lapſi in morbum omnem vitæ jucunditatem relinquere cogerentur. Alter, eorum, qui aut laboribus neceſſariis valetudinem ſuam lædere, aut in morbi moleſtia jam alia

luntas offenſa multorum, quibus aut contra valitudinis commodum laborandum eſt, aut incommodo morbi etiam ceteri vitae fructus reliquendi. Quid ergo? haec quis tulit? is, qui auctoritati ſenatus, voluntati tuae paruit: denique is tulit, cui minime proderant. Illa, quae mea ſumma voluntate ſenatus frequens repudiavit, mediocriter adverſata tibi eſſe exiſtimas? confuſionem ſuffragiorum flagitaſti, prorogationem legis Maniliae, aequationem gratiae, dignitatis, ſuffragiorum. Graviter homines honeſti, atque in ſuis civitatibus & municipiis gratioſi tulerunt, a tali viro eſſe pugnatum, ut omnes & dignitatis, & gratiae gradus tollerentur. Idem edititios judices eſſe voluiſti, ut odia occulta civium, quae tacitis nunc diſcordiis continentur,

eſſe, apud A. Gellium eſt cap. 1, lib. 20, Apud T. Livium cap. 38. L. Scipio Publium fratrem excuſans, quod dicto die reus non adeſſet, morbum cauſſam eſſe dicit. Tribuni quoque plebis decreve- [redacted]

nam, Tulit & *C. Manilius* tribunus plebis, haud ſcio an alius poſterior, (nam & illius ſuperioris, ut arbitror, praenomen *Cnei* invenio.) Hic igitur tulit legem ut omnis adminiſtratio belli Mithridatici [redacted]

ma dignitate, & diligentia, & facultate dicendi, ſſus, ego in extremo non partem aliquam age- auſae, ſed de tota re dicerem, quod mihi vide- itaque in iiſdem rebus fere verſor, & quod n, judices, occurro veſtrae ſapientiae. Sed tamen, 24
Servi,

[illegible]] Mirifico artificio [illegible], quibus Servius a [illegible] rejectus eſſe videatur. [illegible] ille offendi graviſſima in [illegible] publici beneficii poſſit & rem [illegible] eſſe, ut vel una etiam [illegible] innocentem Murenam in [illegible] retinere debeat, non tam ho- [illegible] reipublicæ cauſſa. *Plagam &* [illegible], proverbiali poſuit figu- [illegible] *vulnus infligi* dicitur, id eſt, [illegible] vehementer lædi. In Vati- [illegible] *quæro ſi ad cætera vulnera qui-* [illegible] *rempublicam delevi, hanc quo-* [illegible] *plagam inflixiſſes augur* [illegible] Plancio: *Quam enim illi judi-* [illegible] *& non parricida patriæ nomi-* [illegible] *graviorem potuerunt reipublicæ* [illegible], *cum illum e civitate eje-* [illegible] *fortiſſimo, conſul domeſtico* [illegible] *liberarat?* In Catil. *Et* [illegible] *trucidari oportebat eos nondum* [illegible]. De quo loco tranſlatio ma- [illegible] Ex Herod. κλειοῖ. [illegible] [illegible]. Cam. [illegible] *homine*] In quadam elabora- [illegible] quæ prius dicta eſſent ver- [illegible]

troni, tum inter ſe cauſſam dividebant, ut ſuam quiſque partem ageret. Vt pro M. Cœlio adoleſcenti Atracino datum eſt, ut Cœli adoleſcentiam criminare- tur. Pro P. Sulla, Hortenſius de priore conjuratione, Cicero de poſteriore egerunt. Antiquo more populi Romani unum accuſatorem, & unum defenſorem fuiſſe Cic. dicit pro A. Cluentio. *Sylv.*

M. Craſſus] Hic Hortenſii æqualis, in principibus patronis aliquot annos fuit, ut ait Cicero de claris oratoribus. *Id.*

Occurro veſtra ſapientia] Id eſt, anteverto expectationem quantum poſſum eorum, quæ mihi dicenda eſſe intelligitis. Quintil. lib. v: *Contradictionibus occurrens.* Camerar. *Occurro veſtra ſapientati*] Hottomannus, ut eſt [illegible], hunc locum ſine adjumento librorum antiq. ſic emendandum cenſet. (nam vulgati mendoſe habent, *veſtra ſapientia:*) Ego in codice Memmiano, hujus veræ, & rectæ ſcripturæ veſtigia reperi. ita enim in eo ſcriptum eſt, *veſtra ſapietati.* ex qua ſcilicet corrupta ſcriptura, facta eſt hæc vulgata, *ſapientia.* Lambin.

Occurro veſtra ſapientia] Ita Pall. omnes. Hottomannus divinat lib. [illegible]

Servi, quam te ſecurim putas injeciſſe petitioni tuae, cum tu populum Romanum in eum metum adduxiſti, ut pertimeſceret, ne conſul Catilina fieret, dum tu accuſationem comparares, depoſita atque abjecta petitione? Etenim te inquirere videbant triſtem ipſum: maeſtos amicos, obſervationes, teſtificationes, ſeductiones teſtium, ſeceſſionem ſubſcriptorum animadvertebant: quibus rebus certe ipſi candidatorum vultus obſcuriores videri ſolent. Catilinam interea alacrem atque lae-

ſapientia præ ſe ferunt, quamvis & ipſe mallem *ſatietati*, ſi libri ſuffragarentur. *Grævius.*

Dum tu accuſationem comparas] Sic legendum, potius, quam *comparares*. Item pro Milone: *dum ſe uxor, ut fit, comparat.* Lambinus.

Teſtificationes] Aut *teſtificationes* pro teſtationibus, aut *teſtationes* legi debet. Eſt autem *teſtatio* teſtimonium ſignatum ab abſente miſſum. *Sylvius.* Fallitur Sylvius, quod non notaſſem, niſi hanc ejus annotationem adoptaſſe recentiores edi-

ctante ſæpe eum in ſenatu modo ſevere ſeducerent. Grævius.

Subſcriptorum] Subſcribebant accuſationi ii, qui profitebantur ſe auxilio accuſatori & adjumento futuros ad reum peragendum. Aſcon. in Divinationem dicit *ſubſcriptores* eſſe cauſidicos qui adjuvent accuſatorem, quos oporteat agere ſummiſſius. Cælius ſcribit Ciceroni Sempronium quendam ſine *ſubſcriptore* Tuccium accuſaſſe. Itaque ego intelligo amicorum quoddam hoc fuiſſe officium, quamvis aliqui temere facerent, ut ſigni-

mae is? nam de vultu & geſtu
tis intellexerat animo illius a-
idiſſe novi. Virgilius IX:

—— *Tum Niſus & una*
lus confeſtim alacres admittier
orant
magnam preciumque mora fore.
primus Iulus
it trepidos. Camerar.

on. ad illud in II in Verr. *Iſte*
alacri & læto ſic erat humilis at-
ſus, ut non modo populo Romano,
ſibi ipſe condemnatus videretur.
& lætos jungit etiam Cicero pro
: *Eos autem qui omnia divina &*
vexarint, violarint, perturbarint,
, non ſolum alacres lætoſque voli-
etiam voluntarios fortiſſimis at-
is civibus periculum moliri. Syl-

um audacibus atque ſicariis] Per-
ctum eſt. nam, *indicibus*, ad
um quadrare non poteſt. *Lamb.*
indicibus atque ſicariis] Lam-
dacibus atque ſic. ſtulte. *indicum*
multa paſſim apud noſtrum
& nominatim pro Sulla cap. 24.
Verum eſt in oratione pro
memorari *ſocietates cum indici-*
itidem agitur de ſociis Catilinæ.
um explicaſſet Gruterus qui eſ-
indices. Indicum ſane ſæpe fit
pud Tullium, ut & *indicii*, ſed
d nemo ignorat, dicebantur, qui
ionem & ſcelera prodebant &
nt magiſtratibus, ſive illi fue-
ſcelerum, ſive alia qua-

num numerantur indices, ſed latrones, ſicarii, parricidæ, teſtamentorum ſubjectores, circumſcriptores, ganeones, & qui alii ſunt hujus farinæ. P. Manutius exiſtimat indices dici hoc loco illos, quorum indicio ad aliquem circumveniendum & accuſandum uti ſolitus ſit. Sed in aliis accuſandis non ſe jactarit Catilina. Verum licet ſic dici poſſent, qui ad accuſandum ab aliis ſubornantur, quamvis eos calumniatores potius dixiſſet Cicero, ut aliis in locis, quam indices, tamen hoc nomen nimis leve eſſet, ut jungi poſſet ſicariis. Iis ſolent addi latrones, parricidæ, gladiatores. Itaque cenſeo locum hunc, ut & illum pro Sulla, vitiatum eſſe a librariis. Quomodo ſit reſtituendus, id ſane nondum potui pervestigare, nec forte ſine emendatioris codicis ſubſidio perveſtigari poterit. Cogitabam Tullium ſcripſiſſe, *vallatum latronibus atque ſicariis.* Nam ſic & alibi ſatellites Catilinæ vocat latrones, & ipſam conjurationem, *latrocinium civile* pro Sulla cap. 25: *Quis eum contra patriam pugnantem periiſſe miratur, quem ſemper omnes ad civile latrocinium natum putaverunt?* Et in Catilin. *caſtrenſe latrocinium* vocat, cum Catilina ex urbe diſceſſit ad copias, quas collegerat ad patriæ bellum inferendum. Ipſum Catilinam latronem vocat Catil. II: *Neque vero ceteras copias, ornamenta, præſidia cum illius latronis inopia atque egeſtate conferre debeo,* uti in hac oratione in ſequente capite gladiatorem: *Cum illius nefarii gladiatoris voces percrebuiſſent.* Verum nihil definio ſine libris, multo minus audeo ...

circumfluente colonorum Arretinorum, & Feſulanorum exercitu. quam turbam diſſimillimo ex genere diſtinguebant homines perculſi Sullani temporis calamitate. vultus erat ipſius plenus furoris, oculi ſceleris, ſermo arrogantiae; ſiç ut ei jam exploratus & domi conditus con-

jurationis, ideoque & prælio quaſi ægrotaret abſuiſſe pro certo creditum fuit. Sed Cicero tamen eum non voluit lædere. ut ne poſtea quidem unquam accuſare hoc nomine. Itaque & pro Seſtio ſic ait: *Atque ego de Antonio nihil dico præter unum. nunquam illum in illo ſummo timore ac periculo civitatis, neque communem metum omnium neque propriam nonnullorum de ipſo ſuſpicionem, aut inficiando tollere, aut diſſimulando ſedare voluiſſe.* Et pro Cœlio: *Accuſavit C. Antonium collegam meum, cui miſero præclari in rempublicam beneficii memoria nihil profuit, nocuit opinio maleficii cogitati.* Sunt in his ὑποτυπώσεις. Vna Servii apparantis accuſationem, altera Catilinæ petitoris, hominis audacis, ſeditioſi, improbi, turbulenti, &c. *Camerar.*

belli civilis quaſi eſſent ditati, cum illas colonias ibi dictator conſtituiſſet. De his vide cap. 9 Catilin. 11. Alii vero a Sulla bonis erant exuti & poſſeſſionibus, quas aſſignaverat ſuis colonis, qui itidem ſequebantur Catilinam ſpe recuperandi amiſſos fundos & prædia in his turbis.

Percuſſi Sullani temporis calamitate] Tacti, læſi, ut hoc: *Percuſſit illico animum,* Et pro Flacco, *Hermippum percuſſit.* Tranſlatio ab enſibus & ferro, & mox *ſaucios* dicit ſimili tranſlatione. *Camerar.* *Percuſſi Sullani temporis calamitate*] *Percuſſi calamitate* eadem ratione, qua injicere plagam & ſecurim ante dixerat. Et pro L. Flacco: *Nam hunc Hermippum hominem eruditum, civem ſuum, cui debebat eſſe notiſſimus, percuſſit.* Id eſt, damno affecit. Inde eſt illud Terentii in Phor-

conſulatus videretur. Murenam contemnebat: Sulpi-
cium accuſatorem ſuum numerabat, non competitorem:
ei vim denuntiabat, reipublicae minabatur. Quibus re- 25
bus, qui timor bonis omnibus injectus ſit, quantaque
deſperatio reip. ſi ille factus eſſet, nolite a me commo-
neri velle: voſmetipſi vobiſcum recordamini. meminiſtis
enim, cum illius nefarii gladiatoris voces percrebuiſſent,
quas habuiſſe in concione domeſtica dicebatur, cum mi-
ſerorum fidelem defenſorem negaſſet inveniri poſſe, niſi
eum, qui ipſe miſer eſſet: integrorum & fortunatorum
promiſſis ſaucios & miſeros credere non oportere: quare
qui conſumta replere, erepta recuperare vellent, ſpecta-
rent quid ipſe deberet, quid poſſideret, quid auderet:
minime timidum, & valde calamitoſum eſſe oportere
eum, qui eſſet futurus dux & ſignifer calamitoſorum.
Tum igitur, his rebus auditis, meminiſtis fieri ſenatus-
conſultum, referente me, ne poſtero die comitia ha-
berentur, ut de his rebus in ſenatu agere poſſemus.
Itaque poſtridie, frequenti ſenatu, Catilinam excitavi,
atque

omnis a Servio ſpes & omne præſidium eripiatur reipublicæ, & quantus a Catilina terror atque formido incutiatur. ita ſcilicet jam neceſſario animi judicum ad Murenam inclinantur. *Camerar.*

Nolite a me] Παράλειψις, quæ ad diſſimulationem pertinet. ſunt qui *occupationem* dixere. Figura eſt orationis, cum quod præterituros nos eſſe dicimus, neque a nobis volumus expectari, tamen dicimus. *Idem.*

Illius nefarii gladiatoris] Reipublicæ pernicioſos homines tanquam parricidas Cicero appellat gladiatores, ut Philipp. 7. M. & L. Antonios fratres: *Gracchorum*, inquit, *potentiam majorem fuiſſe arbitramini, quam hujus gladiatoris futura ſit? Quem gladiatorem non ita appellavi, ut interdum etiam M. Antonius gladiator appellari ſolet?* Sylvius.

In concione domeſtica] Id eſt, quam domi habuit, cum ad conjurationem univerſos excitaret eos, quos ante ſingulos allocutus fuerat, ut eorum animos pertentaret. In ea tamen concione, quæ eſt apud Salluſtium, hæc ſcripta non ſunt. *Idem.*

Saucios] Id eſt damno aliquo affectos, ut ſaucios integris, quemadmodum miſeros fortunatis opponat. *Sauciam* autem dixit, ut ante *plagam*, & *percuſſum calamitate.* Idem.

Conſumta replere] Id eſt, ſaucii & miſeri, qui bona patria vino, alea, ventre pene diſſipaverant. *Idem.*

Erepta] Sullani temporis calamitate. *Id.*

Dux & ſignifer] Ἀντίθετον. Dux & ſignifer, quem alii ſequerentur & quem ſpectarent, ut milites ducem & eos, qui ſigna portant in acie. Ita alibi, *Dux & auctor nobis opus eſt.* Camerar.

Referente me] Vt *referre ad ſenatum*, ita *ferre ad populum* dicimus. *Sylvius.*

Catilinam excitavi] Surgere juſſi, ut diceret. Catilina autem ſenator erat. Senator autem cum dicebat ſtabat. *Idem.*

Sed

atque eum de his rebus juſſi, ſi quid vellet, qu me allatae eſſent, dicere. Atque ille, ut ſempe apertiſſimus, non ſe purgavit, ſed indicavit atqu duit. tum enim dixit, duo corpora eſſe reipubl unum debile, infirmo capite: alterum firmum, capite: huic, cum ita de ſe meritum eſſet, capu vivo, non defuturum. Congemuit ſenatus freqı neque tamen ſatis ſevere pro rei indignitate decı nam partim ideo fortes in decernendo non erant, nihil timebant: partim, quia timebant. Tum e e ſenatu triumphans gaudio, quem omnino vivu linc exire non oportuerat: praeſertim cum iden in eodem ordine paucis diebus ante Catoni, forti viro, judicium minitanti ac denuntianti, reſpond ſi quod eſſet in ſuas fortunas incendium excitatur
5 ſe non aqua, ſed ruina reſtincturum. His tum ı commotus, & quod homines jam tum conjuratos gladiis in campum deduci a Catilina ſciebam, deſı

[redacted]

...rvi, remiſſiorem in petendo putarent, Catilinam
: & cupiditate inflammatum viderent, omnes,
am ab republica peſtem depellere cupiebant, ad
nam ſe ſtatim contulerunt. Magna eſt autem co-
conſularibus repentina voluntatum inclinatio,
rtim cum incubuit ad virum bonum, & multis
djumentis petitionis ornatum. qui cum honeſtiſſi-
tre atque majoribus, modeſtiſſima adoleſcentia,
ma legatione, praetura probata in jure, grata in
re, ornata in provincia, petiſſet diligenter, & ita
t, ut neque minanti cederet, neque cuiquam
tur: huic mirandum eſt magno adjumento Ca-
ſubitam ſpem conſulatus adipiſcendi fuiſſe?
mihi tertius ille locus eſt orationis de ambitu
ibus, perpurgatus ab iis, qui ante me dixerunt,
a me,

...] Ἀλληγορικῶς rurſum. In-
am enim Catilinam non con-
vim improbitatis ſuæ in infi-
t vulnera infligeret reipublicæ
, ſed ſummos petere & exi-
lædere ſolitum. *Camerar.*

...um te, Servi, remiſſiorem] Epi-
us partis, in quo ea quæ dicta
uſam & ſalutem atque etiam
Murenæ breviter accommo-
... ἐκ τῶν μεριχῶν, unus
... clauſulam habet ſi-
ut ſupra, *ſpe & promiſſis inflatum.* ego
nihil muto. quod ſi quid mutandum ſit,
ſic malim legi, *& ſpe inflatum, & cupi-
ditate inflammatum.* Lambinus.

Grata in munere] Id eſt, in ludis, quos
Prætor Murena edidit. *Sylvius.*

Nunc mihi tertius] Ordinem diviſio-
nis ſervat, ita ad id quod poſtremo loco
propoſitum fuerat nunc tandem execu-
tus alia pervenit. Negat autem teneri
ambitus crimine Murenam. Sed defen-
ſionis multum, ut videris, deſiderant.

a me, quoniam ita Murena voluit, retractandus: quo in loco Poſtumio, familiari meo, ornatiſſimo viro, de diviſorum indiciis, & de deprehenſis pecuniis: adoleſcenti ingenioſo & bono, Ser. Sulpicio, de equitum centuriis: M. Catoni, homini in omni virtute excellenti, de ipſius accuſatione, de ſenatuſconſulto, de republica reſpondebo. Sed pauca, quae meum animum repente moverunt, prius de L. Murenae fortuna conquerar. Nam cum ſaepe antea, judices, & ex aliorum

De diviſorum indiciis] Eos dicit qui ad devincienda ſuffragia largitione comparati a Murena fuiſſent. Nam per decurias in tribus pecunia dividi ab ambitioſis iſtis ſolebat, ea deponebatur apud aliquem ut ſcirent omnes unde pecunia accipienda eſſet, atque is *ſequeſter* appellabatur. ſimiliter ad judicia corrumpenda *ſequeſter & diviſor* comparabatur. Pro Plancio: *Per quem ſequeſtrem quo diviſore corrupta ſit.* Et paulo ante: *Decuriaſſe Plancium, conſcripſiſſe, ſequeſtrem fuiſſe, pronuntiaſſe, diviſiſſe.* Et pro Cluen-

opera utebatur, quos vocat Suetonius operas campeſtres, & diviſores, in Octavio cap. 3: *Octavius pater a principio ætatis & re & æſtimatione magna fuit: ut equidem mirer hunc quoque a nonnullis argentarium, atque etiam inter diviſores operaſque campeſtres proditum.* Nec ſcio cur Camerarius hic meminerit *decuriarum*, quibus in nullo comitiorum genere, ſive curiato, ſive tributo, ſive centuriato locus erat. Lictores, viatores, ſcribæ dividebantur in decurias, non curiæ, non tribus, non centuriæ.

…ujus eventum fortunamque miſerari: qui primum ex honoribus continuis familiae majorumque ſuo… …inum adſcendere gradum dignitatis conatus eſt, in periculum, ne & ea, quae relicta, & haec, ab ipſo parta ſunt, amittat: deinde propter ſtu… …novae ſtudis etiam in veteris fortunae diſcrimen [illegible] quae cum ſunt gravia, judices, tum illud [illegible]ſſimum eſt, quod habet eos accuſatores, non qui inimicitiarum ad accuſandum, ſed qui ſtudio ac… …ſi ad inimicitias deſcenderent. Nam, ut omit… Servium Sulpicium, quem intelligo non injuria … L. Mu-

[illegible] *a ſtudiis [illegible]*] Quos deſcribit & laudat … r de officiis

[illegible] veteris fortunam] …his ambitionis tenemur, aut …um gerimus. *Sylvius.*

…ibus continuis] Id eſt, ex Prae… …ſuus ipſe Muraena, ejus pater, …avus, aliique ejus majores … *Idem.*

…ſcendere] Conſul fieri. Prae… …ſulatus ſequebatur.

[illegible]] A parentibus & majori… …ſit honorem praeturae. *Idem.* …dignitatem & ſplendorem … nominis illis magiſtratibus

…fortunae diſcrimen] Vel hoc …ſua dignitate nunc pericli… …ſ, qui illam augere cupiat. …

dignitatem, quam ei pepererat praetura, & veterem fortunam.

Tum illud acerbiſſimum] De indignitate & perverſitate querimonia creſcit. Contrarium enim fieri oportebat, ut odium accuſatores excitaret, non accuſandi ſtudium pareret odium. Atque haec capita indignitatis & perverſitatis tractat deinceps copioſius. *Camerarius.*

Non qui odio inimicitiarum] Hic locus fuit mihi aliquando ſuſpectus. quid eſt enim, *odio inimicitiarum ad accuſandum deſcendere?* deſiſtet ab accuſatione potius, qui inimicitias oderit, quam accuſabit. quid ſi ſic legamus? *non qui ſtudio inimicitiarum, ſed qui ſtudio accuſ.* Verumtamen nihil mutandum. Sic enim locutus eſt etiam in Miloniana, non longe admodum ab extr. *Non timeo, judices, ne odio inimicitiarum inflamma-*…

L. Murenae, ſed honoris contentione permotum: accuſat paternus amicus, Cn. Poſtumius, vetus, ut ait ipſe, vicinus, ac neceſſarius: qui neceſſitudinis cauſas complures protulit, ſimultatis nullam commemorare potuit: accuſat Ser. Sulpicius, ſodalis filii, cujus ingenio paterni omnes neceſſarii munitiores eſſe debebant: accuſat M. Cato, qui quamquam a Murena nulla re umquam alienus fuit, tamen ea conditione nobis erat in hac civitate natus, ut ejus opes & ingenium praeſidio multis etiam alieniſſimis, vix cuiquam inimico exitio eſſe deberet. Reſpondebo igitur Poſtumio primum, qui neſcio quo pacto mihi videtur praetorius candidatus in conſularem, quaſi deſultorius in

Honoris contentione] Quod cum Murena de conſulatu contenderet. 1 de offic. *Miſerrima eſt omnium ambitio, honorumque contentio.* Sylvius.

Cn. Poſtumius] Si adquieſcendum mſſ. [redacted]

diſcernere ſit interdum difficillimum. ſic autem habet codex Memmianus: *vix cuiquam inimico exmo eſſe deberet.* aliquantiſper hæſi, atque adeo æſtuavi in hoc, *exmo*, fateor. neque primo potui veram [redacted]

n quadrigarum curriculum incurrere. cujus competi-
ores ſi nihil deliquerunt, dignitati eorum conceſſit,
um petere deſtitit. ſin autem eorum aliquis largitus
ſt, expetendus amicus eſt, qui alienam potius inju-
iam, quam ſuam perſequatur.

Ea omnia, quae & Poſtumio, & Ser. Sulpicio, adoleſcenti, reſponſa ſunt, deſiderantur.

'enio nunc ad M. Catonem, quod eſt firmamentum 28
: robur totius accuſationis: qui tamen ita gravis eſt
ccuſator & vehemens, ut multo magis ejus auctorita-
em, quam criminationem pertimeſcam. In quo ego
ccuſatore, judices, primum illud deprecabor, ne quid
. Murenae dignitas illius, ne quid exſpectatio tribuna-
us, ne quid totius vitae ſplendor & gravitas noceat: de-
iique ne ea ſoli huic obſint bona M. Catonis, quae ille
deptus eſt, ut multis prodeſſe poſſet. Bis conſul fuerat
P. Afri-

um Poſthumium audacius ſe de minore ertamine in majus conjicere. Quadri-arum enim certamina, id eſt, τῶν τε-θρίππων erant magni apparatus & in his ræclariſſ. victoriæ. His igitur Conſula-us petitio ſignificatur. *Deſultorii* vero, d eſt κέλητες, multo levior res habeba-ur. Quam deſcripſit Homerus, Ιλ. ό.

Ὡς δ' ὅτ' ἀνὴρ ἵπποισι κελητίζειν εὖ εἰδὼς
Ὅς τ' ἐπεὶ ἐκ πόλεως πίσυρας συναγείρεται ἵππους
Σεύας ἐκ πεδίοιο μέγα προτὶ ἄστυ δίηται
Λαοφόρον καθ' ὁδὸν, πολέες τέ ἑ θηήσαντο
Ἀνέρες ἠδὲ γυναῖκες· ὁ δ' ἔμπεδον ἀσφαλὲς αἰεὶ
Θρώσκων ἄλλοτ' ἐπ' ἄλλον ἀμείβεται, οἱ δὲ πέτονται.

Fit & in certaminibus mentio τῶν κελήτων qui μόνιπποι eſſent, de quibus *deſultorii* verbo uſus Cicero hoc loco videtur. *Camerar.* Deſultorii ſunt equi, quos agitabant in circo deſultores. Suet. Jul. 39: *Equos deſultorios agitaverunt nobiliſſimi juvenes.* Vide ibi Torrent. & Onuph. Panvinium de ludis Circenſibus.

In quadrigarum curriculum] *Quadrigarium* habet Pantagathus. *F. Vrſinus.*

Venio nunc ad M. Catonem] In hoc prooemio reſponſionis ad accuſationem Catonis, id Cicero, quo arbitraretur maxime lædi Murenam, removere conatur. Ea erat auctoritas ſumma Catonis. Atque excurrit in quendam locum communem, de auctoritate & potentia, quam in judiciis valere ac reis nocere nequaquam debere ait. *Camerar.*

Quod eſt firmamentum] Liber antiq. habet, *quod eſt fundamentum.* ego tamen nihil muto. *Lambinus.*

Bis conſul fuerat] Exemplo illuſtri utitur Scipionis, contra potentiam accuſatorum. De *Scipione* autem poſteriore ſeu minore, id eſt, Æmiliano loquitur, quem filius ſuperioris a patre Paulo Æmilio adoptaviſſet. Hic & Carthaginem in Africa evertit ac diruit, & Numantiam in Hiſpania cepit cum Numantini max. cladibus populum Romanum affeciſſent, quam & ipſam urbem delevit,

P. Africanus, & duos terrores hujus imperii, Karthaginem Numantiamque deleverat; cum accuſavit L. Cottam. erat in eo ſumma eloquentia, ſumma fides, ſumma integritas, auctoritas tanta, quanta in imperio populi Romani, quod illius opera tenebatur. Saepe hoc majores natu dicere audivi, hanc accuſatoris eximiam dignitatem plurimum L. Cottae profuiſſe. noluerunt ſapientiſſimi homines, qui tum rem illam judicabant, ita quemquam cadere in judicio, ut nimiis adverſarii viribus abjectus videretur. Quid? Serv. Galbam, nam traditum memoriae eſt, nonne proavo tuo, fortiſſimo atque florentiſſimo viro, M. Catoni, incumbenti ad ejus perniciem, populus Romanus eripuit? Sem-

poſt deletam Carthaginem anno XIV. ut in Epitoma dicitur Liviani libri LIX. *Camerarius.*

Cum accuſavit Cottam] Vide omnino Valer. Max. VIII, cap. I. ubi de hoc ju- [redacted]

cadere poſſe ſtante me non putarunt. Idem.

Serv. Galbam] De *Galba* & in Bruto & in primo de oratore hiſtoria verboſe recitatur *Servii* quidem nomine recte non *Sergii.* Vbi quidem ereptum flam- [redacted]

per in hac civitate nimis magnis accuſatorum opi-
ẞ populus univerſus, & ſapientes, ac multum in
rum proſpicientes judices reſtiterunt. Nolo ac-
or in judicium potentiam afferat, non vim majo-
aliquam, non auctoritatem excellentem, non ni-
ı gratiam. valeant haec omnia ad ſalutem inno-
um, ad opem impotentium, ad auxilium calami-
ım: in periculo vero & in pernicie civium repu-
ur. Nam ſi quis hoc forte dicet, Catonem deſ-
ıtum ad accuſandum non fuiſſe, niſi prius de
judicaſſet: iniquam legem, judices, & miſeram
itionem inſtituet periculis hominum, ſi exiſtima-
judicium accuſatoris in reum pro aliquo praeju-
valere oportere. Ego tuum conſilium, Cato, 29
er ſingulare animi mei de tua virtute judicium,
erare non audeo: nonnulla in re forſitan confor-
, & leviter emendare poſſim. Non multa peccas,
t ille fortiſſimo viro ſenior magiſter: ſed, ſi peccas,
te

r in hac civitate] Ἐπεμφαίνεται: addidit in recuſatione iniquitaon cauſſa ſed perſonæ in judicio ctur. *Camerar.*

em impotentium] Id eſt, humi: inopum, ut Terent. *Propter otentiam ſe ſemper credunt negligi, potentes*, & *impotentia animi*, ut de iis qui ex poteſtate exire ſoque iis viribus præditi ſunt ut oërcere animum ſuum. *Idem.*

ſi quis] Ἀντίθεσις. Cujus brevis & habet commemorationem tis. Quantopere autem cavit ne ret defenſione ſua accuſatorem? lle mollis articulus eſt, quo tra- eſſe Catonem Fab. ait, ut ſupra us. *Idem.*

ulla in re forſitan conformare] Vt chia: *Quod ſi hæc vox hujus hortaptiſque conformata*, id eſt, ad forquandam redacta & compoſita. m translatio ab operibus nondum s compoſitione ſua, aut labeatque diſſolutis, quæ vel in formam quandam ſuam, vel in aliam meliorem redigi ſolent. *Idem.*

Nonnulla in re forſitan] Ita editio prima & Victoriana. at Lambinus *in te*; inſulſe. ſi ſequimur Pali. omnes & S. Victoris exemplar, utramque voculam abjiciemus. *Gruterus.* Deeſt *in re* in Francii etiam libro. Eodem ſenſu dicuntur *conformari mores* IV de fin. 2: *Quarum cum una ſit qua mores conformari putantur*, ſc. pars philoſophiæ, quæ dicitur doctrina moralis.

Non multa peccas] Apparet Ciceronem de fabula quapiam hæc inſeruiſſe, in quibus Fabius ἐντωνομαςίαν eſſe notat. Accipio autem, (cum quidem præter conjecturas nihil habeam,) *ſeniorem magiſtrum* dici Phœnicem & fortiſſ. virum Achillem. Talis eſt enim hic apud Homerum, & hujus magiſter apud eundem Phœnix, datus illi a patre, διδασκέμεναι τάδε πάντα μύθων τε ῥητῆρ' ἔμεναι πρηκτῆρά τε ἔργων. Niſi forte *ſeniorem magiſtrum* hunc Chironem eſſe accipere aliquis maluerit. *Camerar.*

te regere poſſum. At ego te veriſſime dixerim peccare nihil, neque ulla in re te eſſe hujuſmodi, ut corrigendus potius, quam leviter inflectendus eſſe videare. finxit enim te ipſa natura ad honeſtatem, gravitatem, temperantiam, magnitudinem animi, juſtitiam, ad omnes denique virtutes magnum hominem & excelſum. acceſſit his tot doctrina non moderata, nec mitis, ſed, ut mihi videtur, paullo aſperior & durior, quam veritas aut natura patiatur. Et quoniam non eſt nobis haec oratio habenda aut cum imperita multitudine, aut in aliquo conventu agreſtium, audacius paullo de ſtudiis humanitatis, quae & mihi & vobis nota & jucunda ſunt, diſputabo. In M. Catone, judices, haec bona, quae videmus divina & egregia, ipſius ſcitote eſſe propria. quae nonnumquam requirimus, ea ſunt omnia non a natura, ſed a magiſtro. Fuit enim quidam ſummo ingenio vir, Zeno,
cujus

cujus inventorum aemuli Stoici nominantur. Hujus ſententiae ſunt & praecepta ejuſmodi: ſapientem gratia numquam moveri, numquam cujuſquam delicto ignoſcere: neminem miſericordem eſſe, niſi ſtultum & levem: viri non eſſe, neque exorari, neque placari: ſolos ſapientes eſſe, ſi diſtortiſſimi ſint, formoſos: ſi mendiciſſimi, divites: ſi ſervitutem ſerviant, reges: nos autem, qui ſapientes non ſumus, fugitivos, exſules, hoſtes, inſanos denique eſſe dicunt: omnia peccata eſſe paria: omne delictum ſcelus eſſe nefarium: nec minus

ris exornata prælii Marathonii ποικίλη dicta fuit. Ex eo ſectatoribus ipſius nomen factum, ut *Stoici* appellarentur, cum antea eſſent *Ζηνώνειοι*. Fuit & hoc multo antiquior *Zeno Eleates* dialecticus, & alius poſterior Epicureus. De Stoico autem propter ſummam continentiam proverbium uſurpatum fuit *Ζήνωνος ἐγκρατέστερος*. Hunc dicere ſolitum refert Atheneus libro XIII. prævidere ſe quod multi qui dicerent ſe ſectam Zenonis ſequi, male intellecta doctrina ſua evaſuri eſſent in ſordidos & illiberales; ſicut perverſi diſcipuli Ariſtippi reddi ſolerent molles & impudentes. *Camerarius.*

Cujus inventorum æmuli] Hoc eſt, ſectatores, ut bene exponit ὁ πάνυ I. F. Gronovius ad illud Livii in lib. 1, c. 18: *Quem*, (Pythagoram) *juvenum æmulantium ſtudia cœtus habuiſſe conſtat.* Adjicit & hunc Taciti locum: *Studium Philoſophiæ & placita ſtudiorum æmulatus.* Sic & Græcis Ζηλωτὴς apud Ælianum 11, 36. Var. Hiſt. ubi narrat, Socratem, cum graviter cubaret, interrogatum quomodo ſe haberet, reſpondiſſe dicit, καλῶς ἀμφότερα. Ἐὰν μὲν γὰρ ζῶ, ζηλωτὰς ἕξω πλείονας· εἰ δὲ ἀποθάνω, ἐπαινέτας πλείονας. *Recte utroque modo. Nam ſi ſuero ſuperſtes, plures æmulatores habebo, ſin vita exceſſero plures laudatores.* Ζηλωτὴς, hoc eſt, ſectatores. *Gravius.*

Hujus ſententiæ] Παράδοξα dicuntur admirabilia illa Stoicorum dogmata, a communi captu & ſenſu hominum abhorrentia, quæ vix in ſuis ipſi ſcholis probarent. Ea hoc loco ad exquiſitum quendam abſurditatis modum Cicero expoſuit, quo magis læderet opinionem gravitatis & auctoritatem diminueret Catonis. Itaque mirificis hæc & ridiculis exemplis explicat, atque hoc traditur a Plutarcho, Catonem tum dixiſſe ad præſentes vultu hilari, ὦ ἄνδρες, ὡς γελοῖον ὕπατον ἔχομεν. Id eſt, *Quam noſter Conſul ridiculus eſt?* Totus autem hic locus pereſt eruditus & elegans & variis ornamentis exculus, potiſſ. ἀπομνημονευμάτων & μιμήσεων. *Verum* iſta παράδοξα ſemper a pluribus irriſa fuerunt; ut & ab Horatio Satyra III, lib. I. & epiſtola prima, ubi & Stoicum ſapientem dicit *uno eſſe Iove minorem, præcipue ſanum, niſi cum pituita moleſta eſt.* De quibus pleriſque Cicero ad Brutum ſic tamen diſſeruit, ut appareat oratione bona & copioſa quidliber poſſe effici. Sic enim ibi hæc illo diſputante conformantur, atque ita fiunt venuſta, ita ſplendida, ut non magis abſurda neque horrida neque obſcura, ſed plane conſentanea rationi cujuſque, tum vero luculenta & ſpecioſa eſſe videantur. De iiſdem autem preſſius etiam egit & ſubtilius in Tuſc. *Camer.*

Gratia numquam moveri] Explicant, gratiam nulli facere, primo quam Latine non dico. Dein ſententia iſtius loci hæc eſt potius, nihil facere, ut gratiam ab aliquo ineat, ut Phædrus, *nec gratiæ ſubſcribit, nec odio*, nec captat gratiam, nec odii cauſſa aliquid prætermittit. *Gravius.*

nus delinquere eum, qui gallum gallinaceum, cum opus non fuerit, quam eum, qui patrem ſuffocaverit: ſapientem nihil opinari, nullus rei poenitere, nulla in re falli, ſententiam mutare numquam. Haec homo ingenioſiſſimus, M. Cato, auctoribus eruditiſſimis inductus, arripuit: neque diſputandi cauſa, ut magna pars, ſed ita vivendi. Petunt aliquid publicani? cave quidquam habeat momenti gratia. Supplices aliqui veniunt, miſeri & calamitoſi? ſceleratus & nefarius fueris, ſi quidquam miſericordia adductus feceris. Fatetur aliquis ſe peccaſſe, & ejus delicti veniam petit? nefarium eſt facinus ignoſcere. At leve delictum eſt. omnia peccata ſunt paria. Dixiſti quippiam. fixum & ſtatutum eſt. Non re ductus es, ſed opinione. ſapiens nihil opinatur. Erraſti aliqua in re. male dici putat. Hac ex diſciplina nobis illa ſunt. Dixi in ſenatu me nomen conſularis candidati delaturum. Iratus dixiſti. numquam, inquit, ſapiens iraſci-

[redacted]

ıtebor enim, Cato, me quoque in adoleſcentia, diſ-ſum ingenio meo, quaeſiſſe adjumenta doctrinae, oſtri, inquam, illi a Platone & Ariſtotele moderati omines & temperati ajunt, apud ſapientem valere ali-uando gratiam: viri boni eſſe miſereri: diſtincta ge-era eſſe delictorum, & diſpares poenas: eſſe apud ho-inem conſtantem ignoſcendi locum: ipſum ſapien-m ſaepe aliquid opinari, quod neſciat: iraſci nonnum-uam: exorari eundem, & placari: quod dixerit, inter-um, ſi ita rectius ſit, mutare: de ſententia decedere ali-uando: omnes virtutes mediocritate quadam eſſe moderatas.

Fatebor enim] Non poteſt negare Ci-ro ſe quoque philoſophiæ operam de-ſſe, atque hujus facti invidiæ occurrit c parentheſi. Hæc autem ſua illis Ca-nianis opponit, quo in ſumma horum nitate & moderatione illa multo aſpe-ora atque duriora videantur. *Camerar.* id. Cic. de clar. oratoribus, ubi docet uando & quomodo ſtudiis melioribus cubuerit.

Illi a Platone] Græca figura, οἱ ἀπὸ τοῦ ριπάτου, οἱ ἀπὸ τῆς Στοᾶς. Id eſt, *ripatetici & Stoici.* Lucia: λαμπάδα- ι δ' ἀπὸ φιλοσοφίας καὶ λόγων, id eſt, *iloſophi & eruditi.* Dicit igitur Cicero iloſophos *Platonicos & Ariſtotelicos*, id t, æmulatores doctrinæ & præcepto-um illorum. *Camerar.*

Opinari] Stoici qui κατάληψιν, quam a ſimilitudine earum rerum, quæ anibus comprehenduntur, vocarunt, troducerent, ἀκατάληψιν ſuſtulerunt, eque aſſentiri neque opinari ſapientem lacuit: non enim capi neque falli oſſe. Quod prioribus ſecus viſum, qui quærere & repertis aſſentiri, & hæc utare poſſe, imo neceſſe eſſe docuere. aque & ἀκατάληψιν & quæ huic ſubjici-ur δόξας reliquerunt. ſecundum hæc, llam ſententiam Cicero poſuit epiſtol. ib. 1 ad Lent. *Nunquam præſtantibus in epublica gubernanda viris laudata eſt in una ententia perpetua permanſio. Sed in navi-ando tempeſtati obſequi artis eſt, etiam ſi ortum tenere non queas, cum vero id poſſis mutata veliſicatione aſſequi, ſtultum eſt eum tenere cum periculo curſum, quem ce-peris potius, quam eo commutato, quo velis tandem pervenire, ſic cum omnibus nobis in adminiſtranda republica propoſitum eſſe de-beat, id quod a me ſæpiſſime dictum eſt, cum dignitate otium, non idem ſemper dicere, ſed idem ſemper ſpectare debemus.* Idem.

Mediocritate quadam eſſe moderatas] Hanc omnium veterum ſapientum com-munem quandam ſententiam Peripate-tici ſumſerunt explicandam in diſputa-tione de virtute morali & actionibus vir-tutis. Quæ quidem ipſe Ariſtoteles fa-tetur Minerva craſſiore quadam, id eſt, παχυλῶς καὶ τύπῳ τινὶ diſſerenda eſſe. Cum enim exquiri & quaſi enucleari in-cipiuntur, neque magis voluptatem in cognoſcendo retinent, neque in expo-nendo utilitatem ullam habent. Quin etiam in ſubtilitate diſputationum mul-tæ ἐνστάσεις exiſtunt, quas diſſolvere operoſum eſt, quibus dum explicandis tempus teritur, interea fieri aliquid præclare & laudabiliter potuiſſet. Sed hæc exquirere hujus loci non eſt. Pu-tatur autem hujus ſententiæ auctor Ho-merus fuiſſe, apud quem ita Vlyſſes, Ιλ. κ'.

Τυδείδη μήτ' ἄρ με μάλ' αἴνεε μήτε τι νείκει.

Et toties laudantur τὰ αἴσιμα, quæ certe ſunt vera ratione & proportione ſua *exæquata*, ut & nimium & parum abſit. Se-cundum hæc illud natum μηδὲν ἄγαν, id

31 deratas. Hos ad magiſtros ſiqua te fortuna, Cato, cum iſta natura detuliſſet: non tu quidem vir melior eſſes, nec fortior, nec temperantior, nec juſtior, neque enim eſſe potes, ſed paullo ad lenitatem propenſior. non accuſares nullis adductus inimicitiis, nulla laceſſitus injuria, pudentiſſimum hominem, ſumma dignitate atque honeſtate praeditum: putares, cum in ejuſdem anni cuſtodia te atque L. Murenam fortuna poſuiſſet, aliquo te, cum hoc, reipublicae vinculo eſſe conjunctum: quod atrociter in ſenatu dixiſti, aut non dixiſſes, aut ſepoſuiſſes, aut mitiorem in partem interpretarere. Ac te ipſum, quantum ego opinione auguror, nunc & animi quodam impetu concitatum, & vi naturae atque ingenii elatum, & recentibus praeceptorum ſtudiis flagrantem jam uſus flectet, dies leniet, aetas mitigabit. Etenim iſti ipſi mihi videntur veſtri praeceptores, & virtutis magiſtri, fines officiorum

paullo

hu-

ır, aut quæ hujus erit uſurpatio
ʻictu & conſuetudine hominum?
igitur hoc conſilium illorum Ci-
ıtat, non quod perveniri ad tan-
rfectionem poſſe crederent, ſed
itentes procederent longius, ut
vum bacillum cupiunt rectum fa-
flectunt atque incurvant in alte-
rtem, ut ita tandem rectum fiat.
m autem placet pleriſque eſſe
fficium mutata una littera, aut
unde. Nam videri poſſit eſſe opi-
, unde & *officina* quæ eſſet *opificina*.
catur autem opus laudabile, id
l quod fieri & rectum eſt & de-
oportet, pro tempore, loco,
a, *Camerarius*.

ad ultimum animo contendiſſemus]
tia eſt, cum ad ultimum finem
um totis animi viribus pervenire
emus, ibi tamen maneremus,
ıra peteretur. *Sylvius*.

amen, ubi oportet, conſiſteremus]
um, aut alterum deſiderari ver-
tat Hottomannus: ego non puto.
; cum negatio omiſſa a librario
rum, *conſiſteremus*, propter ſi-
lineam ſcilicet litterarum. ſenten-
m hæc eſt. Stoici fines officiorum
i, quam natura vellet, protule-
r, ut, cum ad ultimum, id
[illegible] officii a Stoicis conſtitu-
[illegible], ſeu contendiſſe-
[illegible] tamen, ubi oporteret, id
[illegible], non conſiſteremus, ſed
[illegible] fines procurreremus: vel
[illegible]. Atqui ſunt certi offi-
[illegible]. *Quos ultra, citraque nequit*

venda ſeveritate, laus aliqua humanitatis. pro quo libri vulgati habent, *miſericordia commotus ne ſis etiam in diſſolvenda ſeveritate. Sed tamen eſt laus aliqua humanitatis*. Lambinus. *Ubi oportet conſiſteremus*] Apage hinc Lambini negativum *non conſiſteremus*; contra mentem auctoris, contra membranas. neque aliquid deeſt, ut viſum Hottomanno. conſulatur Lipſius, Manuductione ad Stoica. *Gruterus*.

Nihil gratia cauſa feceris] Sic nunc quidem editur. ante annos centum legebatur, *nihil gratia confeceris*; quod & in Pall. & S. Victoris. forte, *conceſſeris*, inquit Guilielmius. *Idem*. Franc. *Non omnia gratia confeceris*. Edit. Mediolanenſis vetuſta: *non omnia. imo gratia confeceris: imo reſiſtit gratia*. Sed a Victoriana & vulgatis non recedo. Eſt id ipſum, quod paullo ante dixit, apud Stoicum nihil momenti habere gratiam, &, ſapientem gratia non moveri. Poſſet tamen legi, ductu codicis Francii, *nihil gratia confeceris*. quod eſt ejuſdem ſententiæ. *Grævius*.

Cum officium & fides poſtulabit] Auctore Cicerone III de offic. neque contra rempublicam, neque contra jusjurandum ac fidem amici cauſſa vir bonus faciet, ne ſi judex quidem erit de ipſo amico. *Sylvius*.

Miſericordia commotus ne ſis. Etiam in diſſolvenda ſeveritate] Interpunctione mutata, forte auctori ſua reddita eſt ſententia; ut velit: ita eſt, abſit miſericordia ea quæ diſſolvat ſeveritatem, &c. Lambinus admiſit Hottomanni divina-

humanitatis. In ſententia permaneto. Vero; niſi ſententiam ſententia alia vicerit melior. Hujuſcemodi Scipio ille fuit, quem non poenitebat facere idem, quod tu: habere eruditiſſimum hominem, & pene divinum domi: cujus oratione & praeceptis, quamquam erant eadem iſta, quae te delectant, tamen aſperior non eſt factus, ſed, ut accepi a ſenibus, leniſſimus. Quis vero C. Laelio comior? quis jucundior eodem ex ſtudio iſto? quis illo gravior? ſapientior? Poſſum de L. Philippo, de C. Gallo dicere haec eadem: ſed te domum jam deducam tuam. Quemquamne exiſtimas Catone, proavo tuo, com-

Humanitatis] Id eſt, φιλανθρωπίας quam ſignificationem hujus nominis cum Gellius, neſcio quo pacto, non admittit. miror, quid illi in mente fuerit. Nam quin & *humanitas* & *humanitatis ſtudium* ſignificare eruditos, & *doctrinam*, id eſt, quam non, παιδείαν, ſed potius φιλοσοφίαν Græci dixere, non eſt dubium, & paulo ante Cicero, & in oratione pro Archia ſæpius ita uſus eſt. tione prima, *divinum* vero in altera, neque habet adeo codex S. Victoris, aut Pal. ſec. tert. oct. extat in primo, ſed is quoque excluſit *domi*. Vult nimirum, Panætium tantum non habitaſſe cum Scipione unis ædibus. poſſet etiam legi *plane*. nam S. Victoris habet *pane*. Grut. Franc. M S. & ed. Victor. recte ſtant pro vulgata, quæ non erat a Grutero ſubmovenda. *Domi* eſt ſecum, in ſuo contuber-



niorem, commodiorem, moderatiorem fuiſſe,
iem rationem humanitatis? de cujus praeſtanti
cum vere graviterque diceres, domeſticum te
dixiſti exemplum ad imitandum. Eſt illud qui-
emplum tibi propoſitum domi: ſed tamen na-
militudo illius ad te magis, qui ab illo ortus es,
i unumquemque noſtrum pervenire potuit: ad
um vero tam mihi propoſitum exemplar illud
im tibi. Sed, ſi illius comitatem & facilitatem
ravitati ſeveritatique adſperſeris, non iſta qui-
unt meliora, quae nunc ſunt optima, ſed certe
jucundius. Quare ut ad id, quod inſtitui, re- 32
tolle mihi e cauſa nomen Catonis: remove ac
nitte auctoritatem, quae in judiciis aut nihil
aut ad ſalutem debet valere: congredere me-
minibus ipſis. Quid accuſas, Cato? quid afferes
ium? quid arguis? Ambitum accuſas? non de-
Me reprehendis, quod idem defendam, quod
nierim. Punivi ambitum, non innocentiam.
m vero ipſum vel tecum accuſabo, ſi voles.
, ſenatuſconſultum, me referente, eſſe factum,
ede corrupti obviam candidatis iſſent, ſi con-
ducti

rem comiorem] S. Victor. *com-* quod & in Pal. ſec. tert. oct. one CCCC LXXXIII. & a- venit quam alterum. *Gruter.* ancii MS. cum aliis, quos udat, *communiorem*, *commo-* pe *communis* mutatum fuit ab nae linguae in *comis*, vide quae r ad famil. cap. 9. & ad Cato- *Graevius.*

n accuſas?] Secunda reſpon- de Senatuſconſ. Ita enim ſu- ierat. Sunt autem elegantes s, &, ut vocarunt Graeci *αν-* Quale hoc:

anceps pugna fuerat fortuna? *fuiſſet.*
ncini moritura?

Et lib. XI:

Nulla ſalus bello? capiti cane talia de-
mens
Dardanio. ——— Camer.

Quod lege paenierim. Paenivi ambitum] Nihil hic meum eſt. quidquid eſt, codicis veteris eſt. *paenire* autem, & *maeri*, & *maenera*, & *immaene*, & multa alia ſimilia, pro *punire*, *uri*, *munera*, *immune*, dixiſſe veteres, & docent grammatici veteres, & ego admonui in commentariis Lucretianis. *Lambin.* *Quod lege punierim. Punivi*] Lambinus hic ſecutus eſt ſcripturam exemplaris S. Victoris, *paenierim. Paenivi.* majora alia ſunt quae erant redonanda Ciceroni, quam vetus ſcribendi ratio. ideoque tanti non habui, ut imitarer. *Gruterus.*

Si

denique ipſe accuſator noſter Poſtumius obviam cum
ne magna caterva ſua venit: quid habet iſta multit
admirationis? omitto clientes, vicinos, tribules, e
citum totum Luculli, qui ad triumphum per eos
venerat. hoc dico, frequentiam in iſto officio gratuit
non modo dignitati ullius umquam, ſed ne volun
quidem defuiſſe. At ſectabantur multi. Doce, me
de: concedam eſſe crimen. hoc quidem remoto, q
34 reprehendis? Quid opus eſt, inquit, ſectatoribus? A
tu id quaeris, quid opus ſit eo, quo ſemper uſi ſum
Homines tenues unum habent in noſtrum ordinem
promerendi, aut proferendi beneficii locum, hanc in
ſtris petitionibus operam, atque aſſectationem. ne
enim fieri poteſt, neque poſtulandum eſt a nobis,
ab equitibus Romanis, ut ſuos neceſſarios candid
ſectentur totos dies: a quibus ſi domus noſtra celebra
ſi interdum ad forum deducimur, ſi uno baſilicae ſp
ho

honeſtamur, diligenter obſervari videmur & coli. Tenuiorum & non occupatorum amicorum eſt iſta aſſiduitas, quorum copia bonis & beneficis deeſſe non ſolet. Noli igitur eripere hunc inferiori generi hominum fructum officii, Cato: ſine eos, qui omnia a nobis ſperant, habere ipſos quoque aliquid, quod nobis tribuere poſſint. Sin nihil erit, praeter ipſorum ſuffragium, tenue eſt: ſi, ut ſuffragantur, nihil valent gratia. Ipſi denique, ut ſolent loqui, non dicere pro nobis, non ſpondere, non vocare domum ſuam poſſunt: atque haec a nobis petunt omnia: neque ulla re alia, quae a nobis conſequuntur, niſi opera ſua compenſari putant poſſe. Itaque & legi Fabiae, quae eſt de numero ſectatorum, & S. C. quod eſt L. Caeſare conſule factum, reſtiterunt. nulla eſt enim poena, quae poſſit obſervantiam tenuiorum ab hoc vetere inſtituto officiorum excludere. At ſpectacula ſunt tributim data, & ad prandium vulgo vocati. Etſi hoc factum a Murena omnino, judices, non eſt: ab ejus amicis autem

more

Tenue eſt niſi ut ſuffragentur] Ita legebat Pantagathus, cum in aliis ſit, *ſi ut ſuffragentur*. F. Vrſinus.

Nihil valent gratia] Apud eos, quibus ſuffragantur. *Sylvius.*

Non vocare domum ſuam poſſunt] Eſt, non invitare ad cœnam, ſeu convivium. Sic & Graecis καλεῖν. Hinc apud Phaedrum lib. 1. *revocare* eſt illum, qui te invitavit, ad tuas quoque epulas invitare. & *vocatores* apud Suetonium ſervi qui invitant. Haec non notaſſem, trita enim ſunt, niſi nuperius etiam impegiſſe hic doctum hominem viderem. *Graevius.*

L. Caeſare] Caeſar & C. Figulus conſules erant eo anno, quo cœpit Catilinae conjuratio, ut eſt apud Salluſt. Iiſdem conſulibus Ciceronem habuiſſe orationem in Senatu in Catilinam & C. Antonium competitores Aſconius dicit. Hi igitur proximi conſules ante Ciceronem fuerunt. Cicerone petente conſulatum, cum indies licentia ambitus augeretur, propter praecipuam Catilinae & C. Antonii audaciam, paucis diebus ante comitia cenſuit ſenatus, ut lex ambitus aucta etiam cum pœna ferretur. Huic S. C. Q. Mutius Oreſtinus trib. pleb. in gratiam Catilinae interceſſit. auctor eſt Aſconius. Hoc S. C. ſectatorum numerus, quantum conjicere licet, definiebatur. Itaque ei per Mutium trib. pl. plebs ipſa reſtitit. *Sylvius.*

At ſpectacula] Alia ἀντίθεσις, de ſpectaculis & prandiis, ubi & factum a Murena, ſed in primis tamen crimen removet. *Camerar.* Spectacula hic ſunt loca in quibus ſpectantur ludi, aut munera. ut paullo poſt: *Haec omnia ſectatorum, ſpectaculorum, prandiorum* [illegible]. Sueton. Neron. 32: [illegible] *cuius* [illegible] *purpurea* [illegible] *procuratoribus ſuis* [illegible]. Grav.

more & modo factum eſt: tamen admonitus re ipſa recordor quantum hae quaeſtiones in ſenatu habitae punctorum nobis, Servi, detraxerint. Quod enim tempus fuit aut noſtra aut patrum noſtrorum memoria, quo haec, ſive ambitio eſt, ſive liberalitas, non fuerit, ut locus & in circo & in foro daretur amicis & tribulibus? haec homines tenuiores primum, nondum qui a ſuis tribulibus vetere inſtituto aſſequebantur.

Deeſt nonnihil.

35 Praefectum fabrum ſemel locum tribulibus ſuis dediſſe: quid ſtatuent in viros primarios, qui in circo totas tabernas, tribulium cauſa, compararunt? Haec omnia ſectatorum, ſpectaculorum, prandiorum item crimina, a multitudine in tuam nimiam diligentiam, Servi, con-

More & modo factum eſt] Id eſt, non repugnante conſuetudine, neque immoderate factum eſt. quod Plautus con-bat, *primumdum*. Gruterus. *Ne dum* eſt in Francii libro.

Praefectum fabrum ſemel] Pro *ſemel*,

eſta ſunt, in quibus tamen Murena ab ſenatus ritate defenditur. Quid enim? Senatus num am prodire crimen putat? non: ſed mercede: ince. num ſectari multos? non, ſed conductos: . num locum ad ſpectandum dare? aut ad pran- invitare? minime. ſed vulgo, paſſim. quid eſt ? univerſos. Non igitur, ſi L. Natta, ſummo adoleſcens, qui, & quo animo jam ſit, & qua- r futurus ſit videmus, in equitum centuriis vo- ſſe & ad hoc officium neceſſitudinis, & ad reli- n tempus gratioſus, id erit ejus vitrico fraudi aut ini: nec, ſi virgo Veſtalis, hujus propinqua & ne- 'ia, locum ſuum gladiatorium conceſſit huic, non a pie fecit, & hic a culpa eſt remotus. omnia ſunt officia neceſſariorum, commoda tenuiorum, munia

enim? Senatus] Diſtinguit con- liberalitatem ab ambitu, & Se- nſultum interpretatur. *Vulgus* multitudinis ſignificationem ha- Terentio, *Vulgo faciunt*, id eſt,

ercede: mercede convince, &c.] hunc locum reſtituit Hotto- . *Lambinus*. *Sed mercede: con- c.*] Lambinus hic, ſecutus Hot- um, voces aliquot repetit. ſed on repetantur? quid ſi ſubintel- non eſſe in mſſ. hoc ſcio: ideo- admitto. *Gruterus*.

itum centuriis] *Centuria* (ita e- ellatæ fuere, ut apparet de nu- [illegible]) *Equitum* inſtitu- nulo. Quæ appellatio aucto nu- ſtea a Tarquinio Priſco retenta : enim Livius lib. 1: *Neque tum us de equitum centuriis, quicquam , numero tantum alterum adjecit*, c c c equites in tribus centuriis oſteriores modo ſub iiſdem no- r, qui additi erant, appellati ꝑuas nunc quia geminatæ ſunt, nt *Centurias*. Camerar.

c officium neceſſitudinis] Ad pran- tici cauſſa dandum. *Sylvius*.

Locum ſuum gladiatorium conceſſit huic] Hic negationem, quæ eſt in vulgatis an- te, & illa, alieno loco poſita, ego in ſuum locum reſtitui, ibi. *non eſt remotus*, *gladiatoribus* præterea, pro, *gladiato- rium*, etiam ex libris veteribus eſt. *gla- diatoribus* autem, id eſt, ludis gladia- toriis, ſeu, iis diebus, quibus produ- cuntur gladiatores, qui ſpectante popu- lo bini decertent. Sic epiſt. ad Atticum lib. 2: *Is quærit ex me, num conſueſſem Siculis locum gladiatoribus dare*. Lambin. *Locum ſuum gladiatorium*] *Gladiatorum* Pantagathus. ſed *gladiat.* hoc eſt, *gla- diatoribus* eſt in antiquo. paullo poſt, Pantagathus pro *munimina candidatorum*, ut erat in vulgatis, emendavit *munia gla- diatorum*: quam lectionem vulgavit Ma- nutius. & infra, *in robore accumbunt*, idem legebat *labore*, pro *robore*. F. Vrſin. *Locum ſuum gladiatorium, &c.*] Lambi- nus iſthæc quoque tranſpoſuit, nolenti- bus mſſ. idem ex membranis reſtituit *gladiatoribus*; quod forte probari queat. ego non inveni in Pall. aut Guilielmius in S. Victore. *Gruter.* In Francii libro clauditur hæc [illegible] nota interroga- tionis.

munia candidatorum. At enim agit mecum auſtere & Stoice Cato. negat verum eſſe, allici benevolentiam cibo: negat judicium hominum in magiſtratibus mandandis corrumpi voluptatibus oportere. Ergo ad cenam petitionis cauſa ſi quis vocat condemnetur. quippe, inquit, tu mihi ſummum imperium, ſummam auctoritatem, tu gubernacula reipublicae petas fovendis hominum ſenſibus, & deliniendis animis, & adhibendis voluptatibus? Vtrum lenocinium, inquit, a grege delicatae juventutis, an orbis terrarum imperium a populo Romano petebas? Horribilis oratio, ſed eam uſus, vita, mores, civitas ipſa reſpuit. Neque tamen Lacedaemonii, auctores iſtius

Munia candidatorum] Quaſi λειτουργίας quaſdam dicit & curationes candidatorum. Propria enim cujuſque & publice privatimve debita *munera* hoc nomine vocata fuerunt. Vnde & *communitas & municipes & immunitas*. Came-

bris omnibus, quos vidi, aberat. *Lambinus.*

Fovendis] Delectandis, deliniendis, viſu & guſtatu. *Sylvius.*

Vtrum lenocinium] *Lenocinii* hic verbo tranſlato utitur. Hoc enim quærit Cato,

iſtius vitae atque orationis, qui quotidianis epulis in robore accumbunt: neque vero Cretes, quorum nemo guſtavit umquam cubans, melius, quam Romani homines, qui tempora voluptatis laboriſque diſpertiunt, reſp. ſuas retinuerunt: quorum alteri, uno adventu noſtri exercitus deleti ſunt: alteri noſtri imperii praeſidio diſciplinam
ſuam legeſque conſervant. Quare noli, Cato, majorum 36
inſtituta, quae res ipſa publica, quae diuturnitas imperii comprobat, nimium ſevera oratione reprehendere. Fuit eodem ex ſtudio vir eruditus apud patres noſtros, & honeſtus homo, & nobilis, Q. Tubero. is, cum epulum Q. Maximus, Africani patrui ſui nomine, populo Romano daret, rogatus eſt a Maximo, ut triclinium ſterneret, cum eſſet Tubero ejuſdem Africani ſororis filius. Atque

Iſtius vita] Durae & aſperae. De Lacedaemoniorum diſciplina multa tradita ſunt, quorum & illa fuere, quae φιδίτια ac φιλίτια commutatis litteris appellarunt, συσσίτια quaedam, id eſt, *publica epula*, quarum & in v Tuſcul. mentio fit. Nihil ibi ſubſternebatur epulantibus, ſed reclinati in cubitos robore aut ſaxo ſubjecto accumbebant. Similiter apud Cretenſes *communes epula* fuere ἀνδρεῖα. Putatur autem & hac in parte vitae ſeveritas & reliqua diſciplina Cretenſium Laconica eſſe. nam Lyctii in Creta fuere coloni Lacedaemoniorum, ut Ariſtoteles quoque ſcripſit lib. II πολιτικῶν. Nec non traditur, ut & ſcripſit Plutarchus, e Creta primum Lycurgum quaſdam leges ad ſuos attuliſſe. *Cam.*

In robore accumbunt] In dura quapiam materia, ac ligno. Per *robur* enim lignum intellexit. P. Victor. Var. lect. III, 15, quem vide.

Qua res ipſa publica] Vox *publica* non eſt in Pall. aut S. Victoris. & videtur ſuperflua; neque comparet in editione anni CCCCLXXXIII. *Gruterus.*

Fuit eodem ex ſtudio] Ejuſdem ſectae homo. Sic & loquitur cap. 31: *Quis vero C. Laelio comior? quis jucundior eodem ex ſtudio iſto?* Graevius.

Q. Tubero] Exemplo Tuberonis confirmat populo Romano nunquam probatam fuiſſe hanc intempeſtivam parſimoniam. Ita *liberalitatis* honeſta appellatione, quaedam etiam fortaſſe profuſior benignitas Murenae defenditur. Apparet enim certe aliquid in hoc genere ab illo fuiſſe uſurpatum. De *Tuberone* etiam in Bruto dicitur fuiſſe nepotem illum L. Pauli. fuit autem Scipio Africanus minor, filius Pauli Æmilii, hujus nepos. Maximus hic habuit patruum Scipionem, id eſt, fratrem patris ſui Pauli. *Camerar.*

Q. Maximus] L. Paullus ex uxore Papyria duos filios ſuſcepit, quorum major natu adoptatus eſt a Q. Fabio Maximo, qui fuit quinquies conſul, iſque Q. Fabius Maximus appellatus eſt. Nam in nomen quoque familiae adoptatio fieri ſolebat. Eam ob rem alter filiorum P. Cornelius Scipio appellatus eſt, quod P. Cornelii Scipionis filio adoptatus ſit. *Sylvius.*

Sororis filius] Idem Paullus ex alia uxore duas quoque filias ſuſcepit, quorum alteram in matrimonio habuit Q. Ælius Tubero, hujuſce pater, ut eſt apud Plutarchum in vita Paulli Æmilii. *Idem.*

Atque ille homo eruditiſſimus ac Stoicus ſtravit pelliculis haedinis lectulos Punicanos, & expoſuit vaſa Samia: quaſi vero eſſet Diogenes Cynicus mortuus, & non divini hominis Africani mors honeſtaretur: quem cum ſupremo ejus die Maximus laudaret, gratias egit diis immortalibus, quod ille vir in hac republica potiſſimum natus eſſet. neceſſe enim fuiſſe, ibi eſſe terrarum imperium, ubi ille eſſet. hujus in morte celebranda graviter tulit populus Romanus, hanc perverſam ſapientiam Tuberonis. Itaque homo integerrimus, civis optimus, cum eſſet L. Paulli nepos, P. Africani, ut dixi, ſororis filius, his haedinis pelliculis praetura dejectus eſt. Odit

Pelliculis hadinis] Solebant olim lecti triclinares ſterni pellibus. Virgil. x Æn. de Ænea ab Evandro accepto:

Hac ubi dicta dapes jubet, & ſublata reponi
Pocula, gramineoque viros locat ipſe

hanc ipſam Tuberonis frugalitatem commendat ep. 96. vide & Valer. Max. lib. VII, cap. . . ubi ex hoc Ciceronis loco eandem commemorat hiſtoriam. P. Ciaccon. de triclinio.

Supremo ejus die] Supremus dies ulti-

[redacted]

Ɔdit populus Romanus privatam luxuriam, publicam nagnificentiam diligit: non amat profuſas epulas, ſordes & inhumanitatem multo minus. diſtinguit ratioıem officiorum ac temporum, viciſſitudinem laboris c voluptatis. Nam, quod ais, nulla re allici hominum nentes oportere ad magiſtratum mandandum niſi ignitate: hoc tu ipſe, in quo ſumma eſt dignitas, on ſervas. cur enim quemquam, ut ſtudeat tibi, ut adjuvet, rogas? Rogas tu me, ut mihi praeſis, ut ommittam ego me tibi. Quid tandem? iſtuc me rogari oportet abs te, an te potius a me, ut pro mea ſalute ıborem periculumque ſuſcipias? Quid, quod habes noıenclatorem? in eo quidem fallis & decipis. nam, ſi noıine appellari abs te cives tuos honeſtum eſt, turpe eſt os notiores eſſe ſervo tuo, quam tibi. ſin etiam noris, tamen

Odit populus Romanus] Similis pæne ntentia eſt in oratione pro Flacco: *ac enim ratio ac magnitudo animorum in ajoribus noſtris fuit, ut cum in privatis bus, ſuiſque ſumptibus minimo contenti niſſiore cultu viverent, in imperio atque publica dignitate omnia ad gloriam ſplenremque revocarent.* Quæritur enim in re meſtica continentiæ laus; in publica gnitatis. *Camerar.* Confirmat hoc am Salluſtius, ubi de antiquis Romarum moribus diſſerit in procemio Catinariæ conjurationis: *In ſuppliciis Deo- magnifici, domi parci, in amicos fideerant* ſc. Romani.

Nam quod ais] Objecta Catonis ipſius tonis exemplo producto refellit, dotque ſi in gratificando & inſerviendo que obſequendo multitudini crimen, eo ipſum etiam Catonem accuſatom teneri. Quam autem hoc turpe eſt cuſare alterum ejus quod tu committere ſoleas. Vt, *ſi ſur diſpliceat Verri, homicida Miloni. Clodius accuſet machos, Catilina Cethegum.* Camerar.

Iſtuc me rogari oportet abs te] Hoc & ato probare vult, verum eſſe rogari agiſtratus vel etiam cogi ut præſint is. Et hæc illius eſt ſententia πολιτ. ζ. ἐν πόλει ᾗ ἥκιστα πρόθυμοι ἄρχειν οἱ μέλλοντες ἄρξειν, ταύτην ἄριστα καὶ ἀστασιαστότατα ἀνάγκη οἰκεῖσθαι. τὴν δ' ἐναντίους ἄρχοντας σχοῦσαν ἐναντίως. *Nomenclatorem* autem Græci dixere ὀνοματολόγον, qui ſubjicerent nomina civium ignotorum appellaturis, quem tamen Catonem habuiſſe Plutarchus negat, cum etiam lege vetitum fuiſſet, ne petitores haberent nomenclatores. Præclara autem eſt hoc loco confutatio, ſi Cato id ipſum committit quod in alio accuſat. Nam in omnibus ineſt ſimulatio, & circumventio quædam, quæ ſunt turpia. Et mos geritur conſuetudini ac voluntati hominum pravæ, quod in Murena maxime ille reprehenderat. Atque ita concluditur hic ambitionis locus. *Idem.*

Sin etiam noris] Obſcurius hæc dicuntur, neque ſane abeſt mendi ſuſpicio, viderique cogitanti poſſit, deeſſe negationem, ut fiat tale, *Sin etiam ut non noris, tamen per mon.* ſic enim ſenſus eſſet ſatis liquidus: *Diſciplinæ* autem *præcepta*, diſputationes de officio ac recto dicit philoſophicas. *Idem.* *Sin etiam ſi noris, tamen, &c.*] Hunc locum ſane feliciter, præfiſcine, reſtitui, aliquantum adjutus a libris veteribus & paullo poſt, ubi vulgati

tamen per monitorem appellandi ſunt? cur ante petis, quam inſuſurravit? aut quid, cum admoneris, tamen quaſi tute noris ita ſalutas? quid, poſteaquam es deſignatus, multo ſalutas negligentius? Haec omnia ad rationem civitatis ſi dirigas, recta ſunt. ſin perpendere ad diſciplinae praecepta velis, reperiantur praviſſima. Quare nec plebi Rom. eripiendi fructus iſti ſunt ludorum, gladiatorum, conviviorum: quae omnia majores noſtri comparaverunt: nec candidatis iſta benignitas adimenda eſt, quae liberalitatem magis ſigni-
37 ficat, quam largitionem. At enim te ad accuſandum reſpublica adduxit. Credo, Cato, te iſto animo atque ea opinione veniſſe: ſed tu imprudentia laberis. Ego quod facio, judices, cum amicitiae dignitatiſque L. Mu-

vulgati habent, *cur autem petis*, iidem veteres, *cur ante pellis*: ego, *cur ante appellas*, repoſui. quæ ſcriptura ita plana & perſpicua eſt, ut ſe ipſa declaret. *Lamb.* Nihil muto ſine libris, *tamen* pro *tamen*

debo. Atque hanc partem totam in epilogum conjecit. Qui eſt magnificus & grandis. Fortunam enim & caſus reipublicæ & civitatis manifeſtum diſcrimen complectitur, hiſque ipſis privata Mu-

L. Murenae gratia facio, tum me pacis, otii, concordiae, libertatis, ſalutis, vitae denique omnium noſtrum cauſa facere clamo atque teſtor. Audite, audite conſulem, judices, nihil dicam arrogantius, tantum dicam, totos dies atque noctes de republica cogitantem. Non uſque eo L. Catilina rempublicam deſpexit atque contemſit, ut ea copia, quam ſecum eduxit, ſe hanc civitatem oppreſſurum arbitraretur. latius patet illius ſceleris contagio, quam quiſquam putat: ad plures pertinet. Intus, intus, inquam, eſt equus Trojanus: a quo numquam, me conſule, dormientes opprimemini. Quaeris a me, quid ego Catilinam metuam. Nihil: & curavi, ne quis metueret: ſed copias illius, quas hic video, dico eſſe metuendas: nec tam timendus eſt nunc exercitus L. Catilinae, quam iſti, qui illum exercitum deſeruiſſe dicuntur. non enim deſeruerunt: ſed ab illo in ſpeculis atque inſidiis relicti, in capite atque in cervicibus noſtris reſtiterunt. Hi & integrum conſulem, & bonum imperatorem, & natura & fortuna cum reipublicae ſalute conjunctum, dejici de urbis praeſidio, & de cuſtodia civitatis veſtris ſententiis deturbari volunt. quorum ego ferrum, & audaciam rejeci in campo, debilitavi in foro, compreſſi etiam domi meae ſaepe, judices. his vos ſi alterum con-

Clamo atque teſtor] Sic habet liber Memmianus, non, *obteſtor*. idem paullo poſt, *nuſque eo L. Catilina*. ex quo feci, *non uſque eo*: quo modo ſine dubio legendum eſt. nam plerique libri vulgati non habent negationis particulam ante, *uſque eo*. Lambinus.

Non uſque eo, &c.] Lambinus ſibi arrogat hanc lectionem. fruſtra. prodita antea fuerat a Victorio. prius vulgati deſtituebantur illo *non*, quod nec in mſſ. noſtris. *Gruterus*.

Equus Trojanus] Δουράτεος eſt equus apud Homer. Od. θ'. & ἵππος ξεστὸς Od. δ'. In Trojadib. Euripid. δούρειος ἵππος χρυσεὸν ἐμπεπλησμένος δόρυ. Sed hiſtoria notior eſt, quam ut in hac referenda immorandum eſſe videatur. *Camerarius*.

Quaeris a me, quid ego] Periculum reipublicae ἐν ἀντιτύποις copioſe indicat. omnia autem de hiſtoria Catilinariae conjurationis nota univerſis, facile intelligi poterunt. ad quam orationes in hunc dictae a Cicerone aſſumentur. *Idem*.

Natura & fortuna] *Natura*, ob probitatem & bonitatem ingenii: *fortuna*, quod ipſi etiam expediret ſalvam & incolumem eſſe rempublicam. ut paullo poſt: *Fortuna conſtitutum ad ocium amplexandum*. Idem.

conſulem tradideritis, plus multo erunt veſtris ſententiis, quam ſuis gladiis conſecuti. Magni intereſt, judices, id quod ego multis repugnantibus egi atque perfeci, eſſe Kalendis Ian. in republica duo conſules. Nolite arbitrari, mediocribus conſiliis, aut uſitatis viis, aut lege improba, aut pernicioſa largitione auditum aliquando aliquod malum reipublicae quaeri. inita ſunt in hac civitate conſilia, judices, urbis delendae, civium trucidandorum, nominis Romani exſtinguendi. Atque haec cives, cives, inquam, ſi eos hoc nomine appellari fas eſt, de patria ſua & cogitant, & cogitaverunt.

Duo conſules] Sic habet liber vetus, *duo*, autem pro, *duos*, interdum dixerunt veteres. Virgil. lib. IX Æneid.

Si duo praterea tales Idaa tuliſſet
Terra viros,

Et item ſæpe M. Tullius, ut alias admonuimus. *Lambinus.* *Eſſe kal. Ian. in rep. duos Coſ.*] Quinctilianus lib. VI legit, *eſſe prid. kal. Ian. in republ. duos Coſ.*

uſitatis viis, aut. non lex improba, non pernicioſa largitio, non auditum aliquando aliquod malum reipub. quaritur] Repræſentavi omnibus apicibus ſcripturam Pall. quatuor, & olim cuſorum. niſi quod ii, *vitis* vel *vitiis*, quod cupiam reformari in *viris*. item *largitionum*. verum alterum eſt a Memmiano. locus eſt ſanus meo judicio. *aut*, illud puncto claudi-

: proſpicis tempeſtatem anni tui? jam enim he- concione intonuit vox pernicioſa deſignati col- tui : contra quem multum tua mens, multum s boni providerunt, qui te ad tribunatus petitio- vocaverunt. Omnia, quae per hoc triennium agi- ſunt jam ab eo tempore, quo a Lucio Catilina, neo Piſone initum conſilium ſenatus interficiendi eſſe; in hos dies, in hos menſes, in hoc tem- rumpunt. Qui locus eſt, judices, quod tempus, qui

iam mea diligentia] Qui ſuccedat republica gerenda cum diligen- ide. Horat. lib. III: *defunctum- ribus, Æquali recreat ſorte vica-* citur & proprie *vicarius ſervi* ſer- ui in peculio eſſe intelligitur. I: *Homines poſtquam reus factus redditi, alii etiam nunc retinen- ulia omnium vicariique retinentur.* tius.

appello, Cato] Ἀποστροφὴ πα- Quanta autem bonitas cauſæ hu- nda, ad quam adverſarii ſenten- judicium non dubitet advocare. r autem omnia gravibus & illu- verbis tranſlatis a ventorum & tum turbulentia. *Deſignatum* ve- *ium* accipi hoc loco video a ple- Metellum, de quo in vita Cato- ibi magis de Clodio dictum vi- qui cum Catone tribunus pl. eo it, quo Cicero in exilium actus

Te, te appello, Cato] Sylla- tita; addita eſt fide Pall. S. Victo-

poſt, *deſignati*, ſuſtuleram, fretus aucto- ritate veteris cod. in quo nullum eſt ejus veſtigium: ſed, mutata poſtea ſententia eam retinui, ne quem nimis religioſum offenderem: teſtatus tamen, eam non eſſe in libris ſcriptis. Illud præterea admonendus eſt lector, in eodem libro ſcriptum eſſe, *deſignavit*, non, *deſignati*, unde ſuſpicor, etiam vocem, *deſignati* eſſe delendam, ut quæ nata ſit ex annotatione, cum adſcripſiſſet aliquis e regione hujus loci, deſignavit Clodium, ſeu, deſignatur Clodius. *Lamb.* *Deſignati tribuni collegæ*] Lambinus ait, *tribuni*, abeſſe mſſ. ejus. at meis omnibus adeſt, item editis vetuſtiss. omiſit Victoriana. *Gruter.* Merito omiſit Victorius. nec legitur in Franc. MS. Credibilius eſt gloſſam eſſe *tribuni*, quam collegæ. Margini enim adſcriptum fuit, in quo magiſtratu eſſet collega Catonis Clodius. *Gravius.*

Quæ per hoc triennium] Hiſtoria a Salluſtio memoratur, & in Sullana defen-

qui dies, quae nox, cum ego non ex iſtorum inſidiis ac mucronibus, non ſolum meo, ſed multo etiam magis divino conſilio eripiar atque evolem? Neque iſti me meo nomine interfici, ſed vigilantem conſulem de reipublicae praeſidio demovere volunt: nec minus vellent, Cato, te quoque aliqua ratione, ſi poſſent, tollere: id quod, mihi crede, & agunt, & moliuntur. vident quantum in te ſit animi, quantum ingenii, quantum auctoritatis, quantum reipublicae praeſidii: ſed cum conſulari auctoritate & auxilio ſpoliatam vim tribunitiam viderint, tum ſe facilius inermem & debilitatum te oppreſſuros arbitrantur. nam ne ſufficiatur conſul non timent. vident in tuorum poteſtate collegarum fore: ſperant ſibi Silanum, clarum virum, ſine collega, te ſine conſule, rempublicam ſine praeſidio objici poſſe. His tantis in rebus tantiſque in periculis eſt tuum, M. Cato, qui non mihi, non tibi, ſed patriae natus es, videre quid agatur, retinere adjutorem, defenſorem, ſocium in republica, conſulem non cupidum,

judicaret? Mihi credite, judices, in hac cauſa
um de L. Murenae, verum etiam de veſtra ſa-
tentiam feretis. In diſcrimen extremum veni-
ihil eſt jam unde nos reficiamus, aut ubi lapſi
us. non ſolum minuenda non ſunt auxilia, quae
[illegible] ſed etiam nova, ſi fieri poſſit, comparanda.
[illegible] non apud Anienem, quod bello Punico
[illegible] eſt, ſed in urbe, in foro: dii im-
[illegible] gemitu hoc dici non poteſt: non nemo
[illegible] ſacrario reipublicae, in ipſa, inquam, cu-
nemo hoſtis eſt. Dii faxint, ut meus colle-
fortiſſimus, hoc Catilinae nefarium latroci-
[illegible] opprimat: ego togatus, vobis boniſque
adjutoribus, hoc, quod conceptum reſpu-
iculum parturit, conſilio diſcutiam & compri-
Sed quid tandem fiet, ſi haec elapſa de manibus
in eum annum, qui conſequitur, redundarint?

Vnus

[illegible]] Ab indignitate argu-
[illegible]. Et nunc deinceps
[illegible] metum & diſcriminis in
[illegible] vocentur, judicibus in-
[illegible] oratione ſua, ut hoc non
[illegible] plane cogere eſſe videatur.
[illegible], immo quis poteſt pro-
[illegible] abjicere? *Camer.*

[illegible] *Anienem*] Hiſtoria eſt ex-
lib. XXVI. Annibalem ſubi-
[illegible] adducendi exerci-
[illegible], in caſtra locaſſe ad Anie-
[illegible] M. P. ab urbe. Quod

Quidam *o dii* legunt, quod non placet: nam hic non invocantur dii, ſed cum gemitu appellantur. quare ita legerem: *Sed in urbe, in foro: dii immortales (ſine gemitu hoc dici non poteſt.)* F. Urſinus.

In illo ſacrario reipublicae] Ipſe interpretatur de curia. Quam quidem conſecrato loco habere ſolebant. Et propter ſanctitatem ſecretorum conſiliorum ſic dictam eſſe, accipi poſſit. *Camerar.*

Redundarint] A fluctibus ut apparet, tranſlato verbo, quod idem in procemio lib. I de orat. uſurpavit, expreſſa ſimili-

Vnus erit conſul, & is non in adminiſtrando bello, ſed in ſufficiendo collega occupatus. hunc jam qui impedituri ſint, * * illa peſtis immanis, importuna Catilinae prorumpet, qua poterit: & jam populo Romano minatur: in agros ſuburbanos repente advolabit: verſabitur in caſtris furor, in curia timor, in foro conjuratio, in campo exercitus, in agris vaſtitas: omni autem in ſede ac loco ferrum flammamque metuemus. quae jamdiu comparantur, eadem iſta omnia, ſi ornata ſuis praeſidiis erit reſpublica, facile & magiſtratuum conſiliis, & privatorum diligentia opprimentur. Quae cum ita ſint, judices, primum reipublicae cauſa, qua nulla res cuiquam potior debet eſſe, vos, pro mea ſumma & vobis cognita in rempublicam diligentia, moneo, pro auctoritate conſulari hortor, pro magnitudine periculi obteſtor, ut otio, ut paci, ut ſaluti, ut vitae veſtrae & ceterorum civium conſulatis: deinde ego fide vel defen-

ſenſoris, & amici officio adductus, oro atque obſecro, judices, ut ne hominis miſeri, & cum corporis morbo, tum animi dolore confecti, L. Murenae recentem gratulationem nova lamentatione obruatis. modo maximo beneficio populi Romani ornatus fortunatus videbatur, quod primus in familiam veterem, primus in municipium antiquiſſimum conſulatum attuliſſet: nunc idem ſqualore ſordidus, confectus morbo, lachrymis ac maerore perditus, veſter eſt ſupplex, judices, veſtram fidem obteſtatur, miſericordiam implorat, veſtram poteſtatem ac veſtras opes intuetur. Nolite, per deos immortales, judices, hac cum re, qua ſe honeſtiorem fore putavit, etiam ceteris ante partis honeſtatibus, atque omni dignitate fortunaque privare. Atque ita vos, Murena, judices, orat atque obſecrat, ſi injuſte neminem laeſit, ſi nullius aures voluntatemve violavit: ſi nemini, ut leviſſime dicam, odio nec domi, nec militiae fuit: ſit apud vos modeſtiae locus, ſit demiſſis hominibus perfugium, ſit auxilium pudori. Miſericordiam

vel. quod ſi liceret recipere, omnes ſalebræ hic eſſent remotæ. *Fide* ſane recepi. Nam, quod bene animadvertit Manutius, *fidem orare & obſecrare*, Latinis auribus eſſe inſolens. *Gravius.*

Recentem gratulationem nova lamentatione obruatis] Quem non miſereat tanti viri in hac fortunæ commutatione, & quis non ſalvum eſſe potius quam perditum velit? præſertim in conſideratione inſtabilitatis & celeris converſionis rerum humanarum. quæ omnium, niſi aut ſtultiſſ. aut ferociſſimorum animos admodum commovere ſolet. *Camerar.* *Recentem gratulationem*] Quæ facta eſt ei a bello Mithridatico redeunti. *Sylvius.* *Lamentatione obruatis*] Quatuor Pall. *obſtruatis.* cogitandum. nam & S. Victor. *obſervatis.* Gruter. Recte *obruatis.* *Obruere gratulationem lamentatione*, eſt ita lamentari, ut gratulatio illa lamentatione vincatur & ſuperetur. Val. Max. lib. 1, cap. 1: *Obruitur tot illuſtribus Conſularibus L. Furius Bibaculus, exemplique locum vix poſt Marcellum invenit.*

Atque ita] Hæc in fiducia cauſa dicuntur, & ſunt uſitatæ [illegible] in precibus & in petendo. Vt illud:

Εἴποτέ τοι χαρίεντ' ἐπὶ νηὸν ἔρεψα,
Ἢ εἰ δή ποτέ τοι κατὰ πίονα μηρί' ἔκηα
Ταύρων ἠδ' αἰγῶν.

Virgil. *Etſi pietate meremur, Da deinde auxilium.* Et Dido apud eundem: *Si bene quid de te merui, fuit aut tibi quicquam Dulce meum.* Nam & bene facta ac obſequium merentur gratiam, & innocentiæ ac virtuti præmia debentur, non pœna. *Camerar.*

Miſericordiam] Argumentum & a magnitudine calamitatis & a tempore ducitur. quorum altero miſericordiam commovere, altero invidiam repellere ſtuduit. Et eſt ἀντίθεσις quædam diſcriminis judicii. Nihil eſſe boni in abſolutione, niſi mali vitationem, in damnatione vero extremam calamitatem. *Il.*

Quo

diam ſpoliatio conſulatus magnam habere debet, judices. una enim eripiuntur cum conſulatu omnia. invidiam vero his temporibus habere conſulatus ipſe nullam poteſt. objicitur enim concionibus ſeditioſorum, inſidiis conjuratorum, telis Catilinae: ad omne denique periculum, atque ad omnem invidiam ſolus opponitur. Quare quid invidendum Murenae, aut cuiquam noſtrum ſit in hoc praeclaro conſulatu, non video, judices. quae vero miſeranda ſunt, ea & mihi ante oculos
41 los verſantur, & vos videre & perſpicere poteſtis. Si, quod Iupiter omen avertat, hunc veſtris ſententiis afflixeritis, quo ſe miſer vertet? domumne? ut eam imaginem clariſſimi viri, parentis ſui, quam paucis ante diebus laureatam in ſua gratulatione conſpexit, eandem deformatam ignominia lugentemque videat? an ad matrem, quae miſera modo conſulem oſculata filium ſuum, nunc cruciatur & ſollicita eſt, ne eundem paullo poſt ſpoliatum omni dignitate conſpiciat? Sed quid [redacted]

t? qui hujus dolor? qui illius maeror erit? quae ſque lamentatio? quanta autem perturbatio for- atque ſermonis, quod, quibus in locis paucis ante ıs factum eſſe conſulem Murenam nuntii litterae celebraſſent, & unde hoſpites atque amici gratu- Romam concurrerint, repente eo accedat ipſe us ſuae calamitatis? Quae ſi acerba, ſi miſera, ſi oſa ſunt, ſi alieniſſima a manſuetudine & miſeri- a veſtra, judices, conſervate populi Romani be- ium, reddite reipublicae conſulem: date hoc ipſius ri, date patri mortuo, date generi & familiae, etiam Lanuvio, municipio honeſtiſſimo, quod in hac

um honore deceſſeris] Sic habet co- mmianus, neque dubium cui- ſe debet, quin ita ſit legendum, quædam exempla typis impreſ- *cum honore deceſſeris*. Eſt enim , *deceſſeris*, pro tertia perſona , adjecto nomine infinito, *ali-* oinde ac ſi dixiſſet, habet ma- olorem, eodem cum ignominia *unde cum honore aliquis deceſſerit*. eadem oratione in principio: *grave eſt vere accuſari in amicitia, ſi falſo accuſeris, non eſt negli-* Sic Plautus in Sticho, *nimia eſt, ſi diu abfueris domo, domum ieris, ſi tibi nulla 'ſt ægritudo ob-* Innumerabilia alia ſunt apud bo-

Pall. atque S. Victoris non habent *eo*. omnibuſque ſcribitur *excidet*, legendum *exiſtet* cum Guilielmio, aut aliud quid argutius. *Gruterus*.

Quæ ſi acerba] Ὑποθετικὴ deprecatio, quæ in defenſionibus epilogos claudere plerumque appoſitiſſime ſolet, ut & alibi reperitur apud Ciceronem pro L. Cornelio: *Sed quoniam Cæſar abeſt longiſſime, atque in his eſt nunc locis, quæ regiones orbem terrarum illius geſtis imperium populi Romani definiunt, nolite per Deos immortales jud.* &c. Pro Cluentio: *Quare jud. Si ſcelus odiſtis prohibete aditum matris à filii ſanguine*, &c. Alibi aliter uſus eſt, & pro Milone initio epilogi: *Sed jam ſatis multa de cauſa, extra cau-*

hac tota cauſa frequens moeſtumque vidiſtis. nolite a ſacris patriis Iunonis Soſpitae, cui omnes conſules facere neceſſe eſt, domeſticum & ſuum conſulem potiſſimum avellere. Quem ego vobis, ſi quid habet aut momenti commendatio, aut auctoritatis confirmatio mea, conſul conſulem, judices, ita commendo, ut cupidiſſimum otii, ſtudioſiſſimum bonorum, acerrimum contra ſeditionem, fortiſſimum in bello, inimiciſſimum huic conjurationi, quae nunc rempublicam labefactat, futurum eſſe promittam & ſpondeam.

Iunonis Soſpitæ] Sic quidem libri veteres. Sed in nummis & antiquis inſcriptionibus, non illis veterrimis, ſed quæ poſt tempora Antoninorum ſunt dedicatæ, ſemper *Siſpita Iuno* dicitur, ſicut & *Siſpitis Iovis* fit in antiquis monumentis mentio. Feſtus tamen notavit, vulgo *Soſpitam* dici, quæ appelletur *Siſpita*. vide viri virtute, ingenio & dignitate magni & amici ſummi, Ezech. Spanhemii diſſertat. de præſtantia numiſmatum diſſertat. 11. Siſpitæ imagi- Rom. in nummo Thorii Balbi. *Græv.*

Facere] Repetendum eſt *ſacra*, quod compoſite ſacrificare dixerunt. Nam *facere* & Græcis ἔρδειν ac ῥέζειν, cum accuſativo vel generalis vel etiam peculiaris ſignificationis indicat cultum divinum. ac Græca nota ſunt, ἔρδειν ἱερὰ ἑκατόμβας, στεῖραν βοῦν ἥτις ἀρίστη, ῥέξειν ἐν μεγάροισι. Latini autem dixere, *rem divinam facere*, & Virgil. *Vitulam facere*, quod Macrobius ſine cauſa emendavit. Ita & hoc loco *ſacra Iunoni facere*.

PRO L. FLACCO.

ORATIO VICESIMA QVARTA.

ARGVMENTVM P. MANVTII.

Accuſatum a P. Laelio L. Flaccum de repetundis ex Aſia, i triennium poſt praeturam praefuerat, Cicero defendit. ota fere defenſio ex confutatione teſtium Aſiaticorum, & raecorum, qui Flaccum oppugnabant, & ex ipſius Flacci periore vita, magniſque erga rempublicam meritis conſtat. git eandem cauſſam & Q. Hortenſius: de quo ſic in oratione: e hoc teſte totoque Mithridatico crimine diſſeruit ſubliter & copioſe Q. Hortenſius. *Et epiſt. ult. lib. 2. ad ttic.* Hortenſius quam plena manu, quam ingenue, quam rnate noſtras laudes in aſtra ſuſtulit, cum de Flacci praeura, & de illo tempore Allobrogum diceret. *Atque ex lla quidem epiſtola accuſatum eſſe Flaccum, Caeſare & Biulo Coſ. ſatis intelligitur. quod hiſtoriae quoque ratio docet. am cum praetor Flaccus fuerit Cicerone conſule, triennium utem Aſiam rexerit, quod ipſa oſtendit oratio: quis non idet, ejus accuſationem in Caeſarem & Bibulum conſules cidere?*

CVm in maximis periculis hujus urbis atque imperii, graviſſimo atque acerbiſſimo reipublicae caſu, ſocio atque adjutore conſiliorum, periculorumque meorum, L. Flacco, caedem a obis, conjugibus, liberis veſtris, vaſtitatem a temlis, delubris, urbe, Italia depellebam: ſperabam, julices, honoris potius L. Flacci me adjutorem futurum, quam 1

HOneris potius L. Flacci] Aliqui libri habent, *honorum.* quod magis opponitur ei quod infra in plurali eſt, *miſeriarum*, & poſt aliqua ubi eſt, *inſtituta adoleſcentiae*, quid ſi *inſtituto* legas? quod in uno exemplari eſt. *Faërnus.*

Honoris potius

quam miſeriarum deprecatorem. Quod enim eſſet praemium dignitatis, quod populus Romanus, cum hujus majoribus ſemper detuliſſet, huic denegaret: cum L. Flaccus veterem Valeriae gentis in liberanda patria laudem prope quingenteſimo anno reipublicae retuliſſet? Sed ſi forte aliquando aut beneficii hujus obtrectator, aut virtutis hoſtis, aut laudis invidus exſtitiſſet, exiſtimabam L. Flacco multitudinis potius imperitae, nullo tamen cum periculo, quam ſapientiſſimorum & lectiſſimorum virorum judicium eſſe ſubeundum. etenim, quibus auctoribus & defenſoribus, omnium tum ſalus eſſet non civium ſolum, verum etiam gentium defenſa ac retenta, neminem umquam putavi per eos ipſos periculum hujus fortunis atque inſidias creaturum. Quod ſi eſſet aliquando futurum, ut aliquis de L. Flacci pernicie cogitaret, numquam tamen exiſtimavi, judices, D. Laelium, optimi viri filium, optima ipſum ſpe praeditum, ſummae dignitatis, eam ſuſcepturum accuſationem, quae ſceleratorum civium [redacted]

ſtatum civitatis, omnem memoriam temporum
:ritorum, ſalutem praeſentium, ſpem reliquorum,
ſtra poteſtate, in veſtris ſententiis, in hoc uno ju-
ɔoſitam eſſe & defixam putetis. Si umquam reſpu-
:onſilium, gravitatem, ſapientiam, providentiam
ım imploravit, hoc tempore, hoc, inquam, tem-
implorat. Non eſtis de Lydorum, aut Myſo- 2
aut Phrygum, qui huc compulſi concitatique
unt, ſed de veſtra republica judicaturi, de civita-
:u, de communi ſalute, de ſpe bonorum omnium,
ı reliqua eſt etiam nunc, quae fortium civium
:s cogitationeſque ſuſtentet. omnia alia perfugia
um, praeſidia innocentium, ſubſidia reipublicae,
a, auxilia, jura ceciderunt. Quem enim alium
em? quem obteſter? quem implorem? ſenatum-
: is ipſe auxilium petit a vobis, & confirmatio-
ıuctoritatis ſuae veſtrae poteſtati permiſſam eſſe
an equites Romanos? judicabitis principes ejus
s quinquaginta, quid cum omnibus ſenſeritis. an
ım Romanum? at is quidem omnem ſuam de bo-
nis

ıderunt] Sic Lambinus & Gru-
:d Francii duo M S S. editiones
es, ut & Victorii, & Manutii,
d cur rejecerint ſine
ntiquorum, equi-

populus enim judicibus per tempora de-
ligendis poteſtatem tradiderat, jam in-
de cum legem judiciariam tulit. Cete-
rum quod praecedit, *de bonis*, non pla-
cet Antonio Auguſtino: nam & de ma-

nis poteſtatem tradidit vobis. Quamobrem, niſi h loco, niſi apud vos, niſi per vos, judices, non auc ritatem, quae amiſſa eſt, ſed ſalutem noſtram, qu ſpe exigua extremaque pendet, tenuerimus; nihil praeterea, quo confugere poſſimus: niſi forte quae hoc judicio tentetur, quid agatur, cui cauſae fun menta jaciantur, judices, non videtis. Damnatus is, qui Catilinam ſigna patriae inferentem interem quid eſt cauſae, cur non is, qui Catilinam ex urbe pulit, pertimeſcat? repetitur ad poenam, qui indi communis exitii excepit: cur ſibi confidat is, qui proferenda & patefacienda curavit? ſocii conſilioru miniſtri comiteſque vexantur: quid auctores, quid ces, quid principes ſibi exſpectent? Atque utinam i mici noſtri ac bonorum omnium mecum potius c tendant, utrum tum omnes boni, duces noſtri, an mites fuerint ad communem conſervandam ſalutem *

Permulta deſunt.

:itatis, qua levitate, qua egeſtate, qua perfi-
ia audacia praeditis; dicam de genere univer-
de conditione omnium noſtrum. Per deos
tales, judices, vos, quomodo is, qui anno an-
nae jus dixerat, anno poſt in Aſia jus dixerit,
bus quaeretis ignotis? ipſi conjectura nihil ju-
s? in tam varia juriſdictione tam multa de-
tot hominum gratioſorum laeſae voluntates.
t umquam jacta non ſuſpicio, quae tamen ſo-
falſa, ſed iracundiae vox, aut doloris? Et is eſt
aritiae, qui in uberrima re turpe compendium,
in

in ſummo & perículoſiſſimo reip.
ero ab inimicis laudatur] Ex
bris pro *ea vero*, lege, *at vero*
udatur hæc duo verba inter-
m pratura. Faërnus. *Ea vero*
&c.] Sic quidem vetuſtius
Pal. ſec. ac tert. ſed ſex alii,
At vero in ſummo & periculo-
blica tempore etiam ab inimicis
ra laudatur. quod forte revo-
niſi reponendum, *ac* quomo-
iber S. Victoris, conſpirans
um vulgata. *Gruterus*. Libris
Palatinis ſubſcribunt duo
t editio prima. Cur ergo non
Summum tempus eſt in quo a-
s totius reipublicæ. Sic *ſum-*
apud Cæſ. lib. VIII de bello
Quod exploratum haberet ſub

ſemper credidi. Sed de hoc loquendi ge-
nere cum ipſe alibi, tum & viri docti
pluribus egerunt. *Gravius*.

At a teſtibus læditur] Pantagathus, *at Aſiatica a teſtibus læditur*: nec male: nam de urbana jam eſt locutus. paullo ſupra, *qui Catilinam ex urbe repulit*, idem legebat *expulit*. F. Vrſinus. *At a teſtibus læditur*] Pantagathus conjicit, *at Aſiatica a teſtibus læditur*, præter mſſ. veroſimilius eſt, aliquam multa deſiderari. *Gruterus*.

Qua ſpe, qua vi] Hæc duo verba *qua vi* abſunt ab omnibus fere libris ſcriptis, & certe ſupervacanea exiſtimo. Sufficit enim *qua ſpe, qua re concitatis*. Faërnus. *Qua vi*] Sic veterrima fere editio, ſic Grut. ſed in nullo Pal. reperitur biga ea verborum. ſolum eſt in tertio a manu

in maledicentiſſima civitate, in ſuſpicioſiſſimo negotio maledictum omne, non modo crimen effugit. Praetereo illa, quae praetereunda non ſunt, nullum hujus in privatis rebus factum avarum, nullam in re pecuniaria contentionem, nullam in re familiari ſordem poſſe proferri. Quibus igitur teſtibus ego hoſce poſſum refutare, niſi vobis? Timolites ille vicanus, homo non modo nobis, ſed ne inter ſuos quidem notus, vos docebit, qualis ſit L. Flaccus? quem vos modeſtiſſimum adoleſcentem, provinciae maximae ſanctiſſimum virum, noſtri exercitus fortiſſimum militem, diligentiſſimum ducem, temperatiſſimum legatum quaeſtoremque cognoverunt? quem vos praeſentes conſtantiſſimum ſenatorem, juſtiſſimum praetorem, & aman-

In maledicentiſſima urbe] Id eſt, Romæ. ut poſtea: *In tam ſuſpicioſa & maledica civitate locum ſermoni obtrectatorum non reliquit.* Et pro M. Cœlio, *At fuit fama. quotuſquiſque iſtam effugere poteſt, in tam maledica civitate?* Sylvius. *In*

ejuſdem nominis ad illum montem ſita, de qua Stephanus & Tacitus 11 annal. 12. incolæ *Timolitæ*, & *Tmolitæ*, & quia in medio monte poſita illa erat urbs, dicti ſunt incolæ etiam *Meſotmolitæ*, teſte Plinio lib. v, 29, qui montem ſic deſcri-

cum plus erat otii, fuiſſe: ſed ſunt in illo nume-
ti boni, docti, pudentes, qui ad hoc judicium de-
non ſunt: multi impudentes, illitterati, leves;
variis de cauſis video concitatos. Verumtamen
co de toto genere Graecorum: tribuo illis litteras,
ltarum artium diſciplinam, non adimo ſermonis
m, ingeniorum acumen, dicendi copiam: deni-
tiam, ſi qua ſibi alia ſumunt, non repugno: te-
niorum religionem & fidem numquam iſta natio
: totiuſque hujuſce rei quae ſit vis, quae aucto-
quod pondus, ignorant. Vnde illud eſt? Da mihi
onium mutuum. num Gallorum, num Hiſpano-
utatur? totum iſtud Graecorum eſt, ut etiam
raece neſciunt, hoc, quibus verbis a Graecis dici
, ſciant. Itaque videte, quo vultu, qua confidentia
di-

mantiſſimum reipublica civem]
certo habeo, quam quod cer-
eſt, *ac*, copulam ita ſitam, ut
o a vocali incipiens ſubſequa-
eſſe Ciceronis, ſed ab aliquo
nendatore inculcatam & aſyn-
roferendum, *quem vos præſen-*
tiſſimum ſenatorem, juſtiſſimum
, amantiſſimum reipublica civem
, aut certe pro, *ac*, legendum,
od minus probo. *Faërn.* Vere
. Recepi ex Francii ſecundo, &
prima, *& amantiſſimum reipu-*
. Grævius.

genere aliquorum hominum dicere, ut liber-
tinorum, vel militum, vel publicanorum,
vel ſimiliter aliorum: in quibus omnibus
commune remedium eſt, ut ea qua lædunt,
non libenter tractare videaris. Si milites cu-
pidos dicas eſſe, non mirum, quod periculo-
rum ac ſanguinis majora ſibi præmia de-
beri putent: eoſdem petulantes, & hoc fie-
ri, quod bellis magis quam paci aſſueverint.
Libertinis detrahenda eſt auctoritas: licet
his teſtimonium reddere induſtria, per quam
exierint de ſervitute. Quod ad nationes ex-
teras pertinet, Cicero varie detracturus Græ-
cis teſtibus fidem, doctrinam iis concedit,

dicant: tum intelligetis, qua religione dicant. numquam nobis ad rogatum reſpondent: ſemper accuſatori plus, quam ad rogatum. numquam laborant, quemadmodum probent quod dicunt: ſed quemadmodum ſe explicent dicendo. Iratus Flacco dixit M. Lurco, quod, ut ipſe ajebat, libertus erat ejus turpi judicio condemnatus. nihil dixit quod laederet, cum cuperet. impediebat enim religio. tamen id, quod dixit, quanto cum pudore, quo tremore & pallore dixit? Quam promtus homo, P. Septimius? quam iratus de judicio & de villico? tamen haeſitabat: tamen ejus iracundiae religio nonnumquam repugnabat. Inimicus M. Caelius, quod, cum in re manifeſta putaſſet nefas eſſe, publicanum judicare contra publicanum, ſublatus erat e numero recuperatorum. tamen tenuit ſe, neque attulit in judicium quidquam ad laedendum, nisi voluntatem.
5 Hi ſi Graeci fuiſſent, ac niſi noſtri mores ac diſciplina plus valerent, quam dolor ac ſimultas, omnes ſe ſpoliatos, vexatos, fortunis everſos eſſe

it, non jurisjurandi, ſed laedendi verba medi-
inci, refelli, coargui putat eſſe turpiſſimum:
: parat: nihil aliud curat. Itaque non optimus
, nec graviſſimus, ſed impudentiſſimus loqua-
que deligitur. Vos autem in privatis minima-
um judiciis teſtem diligenter expenditis. etiam
m hominis, ſi nomen, ſi tribum noſtis, mores
exquirendos putatis. qui autem dicit teſtimo-
x noſtris hominibus, ut ſe ipſe ſuſtentat! ut
verba moderatur! ut timet, ne quid cupide, ne
cunde, ne quid plus minuſve quam ſit neceſſe di-
um illos idem putatis? quibus jusjurandum jocus
imonium ludus, exiſtimatio veſtra tenebrae, laus,
, gratia, gratulatio propoſita eſt omnis in impu-
endacio. Sed non dilatabo orationem meam.
poteſt eſſe infinita, ſi mihi libeat totius gentis in
niis dicendis explicare vanitatem. ſed propius
m: de his veſtris teſtibus dicam. Vehementem
ac-

udiciſſimus] Ex auctoritate
brorum ſcriptorum lege, *im-*
us, quæ vox hic optime ſen-
t: cum contra abſurdiſſima ſit
Faërnus.

dicit teſtimonium] Malui hoc
que Pall. & S. Victoris, quam
um. Gruterus.

ſe ſuſtentat] Id eſt examinat.
it tranſlatio, quæ dum ſuſten-
m in ea aliquid expenditur.
Imo *ſe ſuſtentat*, id eſt ſe te-
et, ut paullo ante dixit, ſe
et & diu cohibet, num jurare
quomodo, ne temere juret.
itur, ne quid dicat, quod ve-
ſpondeat.

Jusjurandum, jocus eſt: teſti-
ludus: exiſtimatio veſtra, tene-
ſt in vulgaris: & male ut vide-
. Auguſtinus putat legendum,
io veſtra trica, vel *exiſtimatio vero*
veſtra ſit gloſſula. Mihi non vi-
a in hoc ſenſu accipi, ſed cum
i & minima contenditur: at in
exiſtimatione nulla eſt contentio. itaque
melius Pantagathus legebat, *Exiſtimatio*
verba: tenebra laus, merces, gratia, gra-
tulatio propoſita eſt omnis in impudenti men-
dacio. F. Urſinus.

Propoſita eſt omnis in impudenti mendacio]
Ciceronem cenſeo ſcripſiſſe, *propoſita eſt*
omnibus in impudenti mendacio. Omnibus
nimirum Græcis. Nihil curant, nihil
reſpiciunt omnes Græci cum in dicendo
teſtimonio impudenter mentiuntur,
quam laudem, mercedem, gratiam gra-
tulationem. *Gravius.*

Etenim poſſet eſſe infinita] Hic quoque
omnes libri habent, *etenim poteſt*. Faërn.
Poteſt eſt quoque in utroque Francii, &
editione prima.

Vehementem accuſatorem] Mos erat
Romæ, ut qui in cauſſa repetundarum
accuſator conſtitutus erat, ei dies ali-
quot darentur, ad inquirenda rei vitia
cum alibi, tum præcipue in provincia
ea, quæ vexata dicebatur, ut Ciceroni
ad inquirenda vitia Verris dati ſunt dies
centum decem. In Flacci vitiorum in-
qui-

accuſatorem nacti ſumus, judices, & inimicum in omni genere odioſum ac moleſtum: quem ſpero his rebus fore magno uſui & amicis & reipublicae, ſed certe inflammatus incredibili cupiditate hanc cauſam accuſationemque ſuſcepit. qui comitatus in inquirendo? comitatum dico? immo vero quantus exercitus? quae jactura? qui ſumtus? quanta largitio? quae quamquam utilia ſunt cauſae, timide tamen dico; quod vereor, ne Laelius ex his rebus, quas ſibi ſuſcepit gloriae cauſa, putet aliquid oratione mea ſermonis in ſeſe, aut invi-
6 diae eſſe quaeſitum. Itaqûe hanc partem totam relin-

quiſitione in Græcia, quam immoderatum, quam vehementem ſe Lælius præſtiterit, Cicero hic docet, ut oſtendat quam levia & vana ſint teſtimonia ea, quæ in Flaccum dicta ſunt. *Sylvius.*

Quem ſpero his rebus fore magno uſui, & amicis & reipublicæ] In omnibus libris pro, *his rebus*, eſt, *his verbis*: ſed neutrum placet. Guido Lolius legit, *aliis*

tis, & melius, ut opinor, quam ut quidam emendarunt, *vobis brevi*: nam judicibus non eſt uſui, ſed amicis & reip. ut dicit: igitur *his rebus*, vehementia, odio, ac moleſtia. *F. Vrſinus.* *Quem ſpero his rebus*] Tuetur hanc lectionem P. Victorius lib. XXVII, Var. lect. cap. 19. ſed deridet Lambinus; qui mavult cum Faërno *moribus*; a quo neque ego abhor-

r tamen cogimur: primum, quod, diſtributis par-
i, ſermo eſt tota Aſia diſſipatus, Cn. Pompejum,
L. Flacco eſt vehementer inimicus, contendiſſe a
io, paterno amico ac perneceſſario, ut hunc hoc
io arceſſeret: omnemque ei ſuam auctoritatem,
am, copias, opes ad hoc negotium conficiendum
iſſe. Id hoc veriſimilius Graecis hominibus vide-
r, qui paullo ante familiarem Laelium in eadem
incia Flacco viderant. Pompeji autem auctoritas
apud omnes tanta eſt, quanta eſſe debet, tum ex-
in iſta provincia, quam nuper & praedonum &
m bello liberavit. Adjunxit illa, ut eos, qui do-
exire nolebant, teſtimonii denuntiatione terreret,
lomi ſtare non poterant, largo & liberali viatico
com-

, de manu] Id eſt, de vi, quam
res tanta comitum multitudine
n vitiis inquirendis facere ſoliti
gnificat autem propter vim &
dinem comitum latam eſſe le-
ia certus comitum numerus con-
tur, ut oſtendat Lælium contra
gem comites multos habuiſſe.

eſt] Putamus legendum, *certus*
mus.

iſſimi comitum] Pantagathus, *in-
comitum*. F. Vrſinus.

ibus, ſermo eſt tota

inferioribus in capite ſequenti, *ſummota
concione, diſtributis partibus, tributim aut
centuriatim deſcriptis ordinibus*. I. Gronov.

Teſtimonii denunciatione] Quintil. lib. 5: *Duo genera ſunt teſtium, aut voluntarium, aut eorum, quibus judex publicis judiciis lege denunciare ſolet. Quorum altero utraque pars utitur, alterum accuſatoribus tantum conceſſum eſt.* Paullus I.C. ff. 22 de teſtibus: *Lege Iulia*, inquit, *judiciorum publicorum cavetur, ne alicui invito denuncietur, ut teſtimonium dicat adverſus ſocerum, generum*, &c. In loco eodem Vlpianus: *Nec pupillis teſtimonium denun-*

commoveret. Sic adoleſcens ingenii plenus, locupletes metu, tenues praemio, ſtultos errore permovit. ſic ſunt expreſſa iſta praeclara, quae recitantur, pſephiſmata, non ſententiis, neque auctoritatibus declarata, nec jurejurando conſtricta, ſed porrigenda manu, pro-
7 fundendoque clamore multitudinis concitatae. O morem praeclarum, diſciplinamque, quam a majoribus accepimus, ſi quidem teneremus! ſed neſcio quo pacto jam de manibus elabitur. nullam illi noſtri ſapientiſſimi & ſanctiſſimi viri vim concionis eſſe voluerunt. quae ſciſceret plebes, aut quae populus juberet, ſummota concione, diſtributis partibus, tributim & centuriatim deſcriptis ordinibus, claſſibus, aetatibus, auditis auctoribus, re multos dies promulgata & cognita, juberi vetarique voluerunt. Graecorum autem totae reſpublicae ſedentis concionis temeritate adminiſtrantur. Itaque, ut hanc Graeciam, quae jamdiu ſuis conſiliis perculſa & afflicta eſt, omittam: illa vetus, quae quondam opibus, imperio, gloria floruit, hoc uno malo concidit,

Graecos non de culpa ſua dixit, ſed de poena que-
ſt. porrexerunt manus: pſephiſma natum eſt. Hoc
nonium eſt? Nuper epulati, paullo ante omni largi-
ſaturati Pergameni, quod Mithridates, qui multi-
nem illam non auctoritate, ſed ſagina tenebat, ſe
dixit, id ſutores & zonarii conclamarunt. Hoc te-
nium eſt civitatis? Ego teſtes a Sicilia publice
verum erant ea teſtimonia non concitatae concio-
ſed jurati ſenatus. Quare jam non eſt mihi conten-
um teſte: vobis videndum eſt, ſintne haec teſti-
monia

prope cunctis gentibus eminebant] ..., quotquot ſunt libri ſcripti ha-... *emitebant* quod non video quare ... non debeat. *Faërnus.* *Cunctis emitebant*] Sic legendum potius, ... *eminebant*, Lambinus.

... conciones] Quæ in eorum pro-... a noſtris Prætoribus habentur.

... eſt virgis Cymicus ille Athenagoras] ... omnes libri ſcripti habent ...: quæ tamen vox per diphton-... ſcribenda eſt, ut ſit, *Cymaus*, id ... Cymis urbe. quam vocem & infra ... ubi loquitur de fundo empto per ... idem: & alioqui placet mihi ut ... describendo nomen patriæ po-... ſcribatur, quam profeſſionis, aut ... erant autem *Cyma* oppidum Aſiæ, ... parte quæ *Æolis* appellatur. *Faërn.* *... ille Athenagoras*] Haud aliter e-... aliter ſcribitur Latinis *Cumanus*, *Cyme* & *Cuma*.

Id ſutores & zonarii conclamarunt] Nonnulli libri manuſcr. habent, *& coriarii conclamarunt*: non probo. *Lambinus.* *Id ſutores & zonarii conclamarunt*] Pantagathus delebat conjunctionis notam, addebatque poſt verbum *zonarii*, *ac coriarii*. F. Vrſinus. *Id ſutores & zonarii conclamarunt*] Eſt in S. Victoris *coriarii*, quod placet Turnebo d. cap. 4. placeret & mihi, niſi noſtri pertinaciter ſtarent pro altero; reſtaretque in omni editione veteri. *Gruterus.* Francii quoque primus liber: *ſutores & coriarii*. Sed ſecundus ut editio prima: *ſutores & icorii*. Mihi arridet emendatio Pantagathi. *Grævius.*

Ego teſtes a Cilicia] Omnes libri ſcripti *a Sicilia*. Faërnus.

Vobis videndum eſt, &c.] Sic ſolum ...

8 monia putanda. Adoleſcens bonus, honeſto loco na-tus, diſertus, cum maximo ornatiſſimoque comitatu venit in oppidum Graecorum: poſtulat concionem: locupletes homines & graves, ne ſibi adverſentur, teſtimonii denuntiatione deterret: egentes & leves ſpe legationis, & viatico publico, privata etiam be-nignitate prolectas. opifices & tabernarios, atque illam omnem faecem civitatum quid eſt negotii concitare, in eum praeſertim, qui nuper ſummo cum imperio fue-rit, ſummo autem in amore eſſe propter nomen ipſum imperii non potuerit? Mirandum vero eſt, homines eos, quibus odio ſunt noſtrae ſecures, nomen acer-bitati: ſcriptura, decumae, portorium morti, liben-ter arripere facultatem laedendi, quaecumque detur. Mementote igitur, cum audietis pſephiſmata, non audire vos teſtimonia; audire temeritatem vulgi, au-dire vocem leviſſimi cujuſque, audire ſtrepitum impe-ritorum, audire concionem concitatam leviſſimae na-tionis. Itaque perſcrutamini penitus naturam, ratio-

civium, exercitu ſe armiſque revocavit. At me nudum a propinquis, nulla cognatione munitum, nullo armorum ac tumultus metu, C. Piſonis, generi mei, divina quaedam & inaudita auctoritas atque virtus, fratriſque miſerrimi atque optimi quotidianae lacrymae ſordeſque lugubres a vobis deprecatae ſunt. Frater erat unus, qui ſuo ſqualore veſtros oculos inflecteret, qui ſuo fletu deſiderium mei memoriamque renovaret, qui ſtatuerat, Quirites, ſi vos me ſibi non reddidiſſetis, eandem ſubire fortunam. Tanto in me amore exſtitit, ut negaret fas eſſe non modo domicilio, ſed ne ſepulchro quidem ſe a me eſſe ſejunctum. Pro me praeſente ſenatus, hominumque praeterea viginti milia veſtem mutaverunt: pro me abſente unius ſqualorem ſordeſque

pro conjugum divortio apud Terentium Andria. vulgata, *in diſſenſu civium*. Infra etiam reſcripſi, membranis omnibus

Gruterus. In Franc. prim. Dreſd. & editione prima non habetur *maxima*, ſed in Mediol. & omnibus ſequentibus reperitur.

: vidiſtis. Vnus hic qui in foro poſſet eſſe, mihi
: filius inventus eſt, beneficio parens, amore
qui ſemper fuit, frater. Nam conjugis miſerae
n & luctus, atque optimae filiae maeror aſſiduus,
; parvi deſiderium mei, lacrymaeque pueri-
nt itineribus neceſſariis, aut magnam partem
tectis,

foro poſſet eſſe] Manutius recte
m diſtinxit, cum aliis in libris
longe diſſimilem propter in-
tem ſententiam haberet. Sed
iore oratione, in qua eadem
ba reperiuntur, facile eſt, utra
r; judicare. Ergo verba hæc,
qui in foro poſſet eſſe, cum alte-
a ſententia comparanda ſunt,
: ſolus frater inventus eſt, *qui*
eſt in urbe Roma, *quique in*
dicando & orando meam cau-
t. Nam uxor & liberi vel pere-
cauſa proficiſcebantur, vel pa-
ſe in luctu & lacrymis incluſos
ant. ut verbum *eſſe* per ſe po-
telligatur, pro filii, parentis,
unus obire: non autem ad vo-
s referatur. *Hottom.* *Vnus hic*,
domi poſſet eſſe] Hic locus par-
ratione, habita in ſenatu poſt
quæ deinceps ſequitur, ubi
re locus eſt, partim ex conje-
ndatus eſt. qui in libris vulga-
tiſſimus eſt. *Lambinus.* *Vnus*
mi, qui in foro poſſet, &c.] Le-
. non improbo conjecturam
; ſed ſic nulli ſcripti, in qui-
s hic quidem in foro poſſet, &c.
unus hic qui deinde in foro. Grut.
nus quidem hic in foro. Ed. prin-
us hic quidem in foro. Sed opti-
il primus: *Vnus qui in foro.* quæ
ima hujus loci ſcriptura, quam
itatione recepi, deletis *quidem*
, quibus hic nullus locus eſt, in
s. Sententiam vidit Manutius, &
bavit Hottomannus. Nihil li-
Præcedentia verba aliis expli-
oſtendat unicum fratrem fuiſſe,
ſe populo fuerit ſupplex. Nam
um fuiſſe, qui potuerit in foro
cum id officium ei nec uxor,

nec filia, nec filiolus poſſet præſtare. Domeſtica officia & negotia hic inepte commemorarentur. Itaque delevi *qui domi*, præſidio munitus antiquorum codicum. *Gravius.*

Filiique parvi deſiderium mei, lacrymaque pueriles] Opinor locum mancum eſſe: nam non a deſiderio primum illius dolorem oſtenderet, cum de fratre dixerit, *Lacryma, ſordes, ſqualor, fletus*: de uxore, *ſqualor, luctus*: de filia, *mœror*: qui omnes eum deſiderabant. Ant. Auguſtinus legit, *Filiique parvi vagi ſingultus deſiderio mei*, cum liber vetus habeat corrupte, *Parvi vulgi ſingulatus deſiderii mei.* Ego quia ſingultus, aut non fere, aut non ſemper ſequuntur dolorem, lacrymas, deſideriumve, & quia qui ſint vagi ſingultus, non intelligo, ita legerim, *Filiique parvi vagiens ejulatus deſiderio mei, lacrymaque pueriles.* F. Vrſin. Mei libri non recedunt a vulgata. nec recedendum eſt. puero non poterat tribuere mœrorem & ſqualorem, deſiderium patris, cum is in memoriam a matre illi revocaretur, tribuere poterat & lacrymas. *Gravius.*

Aut itineribus neceſſariis, aut magna parte tectis] Omnes antiqui, *magnam partem*: in accuſandi caſu, quod ſine dubio rectum eſt: & ab iis qui veterem locutionem non intelligebant, immutatum. Figura eſt e Græcorum fontibus derivata, qui vocem [illegible] crebro ſubaudiunt. *Hottom.* *Aut magnam partem tectis*] Sic legendum eſt, approbantibus libris manuſcr. quod genus loquendi non intelligentes ſemidocti, neſcio qui, paſſim depravarunt. *magnam partem* autem, id eſt, magna ex parte. *Lambinus.* *Aut magnam partem tectis*] Ita & vetuſtior editio, niſi quod ea *lectis*, quomodo & mſſ. noſtri. recepta ſcriptura.

fuerunt, ut longe ſuperiores omnis hac digni
piaque ſuperarem. Numquam de P. Popillio, c
mo atque fortiſſimo viro: numquam de Q. M
nobiliſſimo & conſtantiſſimo cive: numquam de C
rio, cuſtode civitatis atque imperii veſtri, in
mentio facta eſt. Tribunitiis ſuperiores illi roga
bus, nulla auctoritate ſenatus ſunt reſtituti. N
vero non modo a ſenatu, ſed etiam oppreſſo
eſt reſtitutus: nec rerum geſtarum memoria in
C. Marii, ſed exercitus atque arma valuerunt.

magna parte. ad captum vulgi. *Gruterus.* *Aut* non reperitur in primis verbis in Franc. Dresd. ed. prima. Quin & in Dresd. ſcribitur: *Lacrymaque pueriles, itineribus neceſſariis antinebantur.*

Quos ego parare non potui] Significare videtur ſibi perpaucos ac fere nullos propinquos fuiſſe: ut paullo ante dictum eſt. *Hottom.*

Mihi ad deprecandam calamitatem meam non affuerunt] Quomodo poterant *adeſſe*, quod alioqui proprium verbum eſt, & de iis uſurpatur, qui in rebus adverſis & luctu amicis officium præſtant, qui non ſunt. Dicit enim parare ſe amicos non poſſe. Revocanda eſt vera Tullii manus, quam retinuerunt prim. Franc. Dresd. & editio prima: *Mihi ad deprecan-*

non inveniuntur hæc verba, *au*
tatoreſque, & ſane videntur eſſe
ta interpretis, qui margini ea
ſcripſit, quibus expoſuit, quo
gat adjutores, quæ poſt in c
irrepſerunt. *Gravius.*

Cuſtode civitatis atque impe
Cum alias res fortiter geſtas,
cipue propter innumerabiles
rum Teutonorumque copias
peratas. Livius in epit. lib.
Primores, inquit, *civitatis qui*
lum ut novo homini ad tantos h
inviderant, conſervatam ab eo re
fatebantur. Hottom.

Non modo non a ſenatu] In
edit. prima: *non modo a*
non interpoſuerunt ſe

a quibus ejectus ſum, provincias obtinentibus, co autem optimo viro & mitiſſimo, altero con- referente reductus ſum: cum is inimicus, qui ad n perniciem vocem ſuam communibus hoſtibus prae-

primum licuit] Per vim Clodia-
: quæ tandem ſummo magi-
n conſenſu ſuperata eſt. *Hottom.*
entia atque auctoritate perfecit]
nio placebat S. Victoris lectio,
, & id habet quoque Pal. ſec. ac
tam totum gregem excutere,
otium. *Gruterus.*
us in eorum reditu] Manuſcripti
abent, *Nullius in eorum*, &c.
nus.
r municipiorum] Omnibus enim
cipiis & coloniis cives ad comitia
erone revocando concurrerunt.
ecnus.
is interfectis] Graccho & Satur-
dem.
s civium cæde facta] Prim. Franc.
nagiſtratuum cæde facta. Non im-
Sane non longe abit ab hac ſcri-
litio princeps: *Magnatum cæde*
ullo poſt prim. Franc. *ego a qui-*
us ſum, provincias obtinentibus.
t abeſſe commode, quod vereor
carint, quibus hæc ellipſis inſo-
viſa, cum tamen illa ſit uſu tri-
Grævius.
ncias obtinentibus] Piſone Ma-
m, Gabinio Syriam. *Hottom.*
co autem optimo viro] Q. Metello
, qui cum prius ſummas cum

illum ad Senatum retuliſſe. Totum hoc igitur ad Q. Metellum pertinet. *Idem.*

Inimico autem altero conſule, optimo viro, & mitiſſ. altero conſ. ref. red.] Sic hunc locum reſtitui, in lib. vulgatis, & manuſcr. depravatum, in quibus ſic legitur, *inimico autem optimo viro, & mitiſſ. altero conſ. ref. red.* omiſerat ſcilicet librarius ſcriptor vocem *altero* poſt *autem*, propterea quod infra proxime iteratur, exiſtimans eſſe ſupervacaneam. per alterum conſulem autem, inimicum, & eundem mitiſſimum virum, ſignificatur Q. Cæcilius Metellus Nepos, qui cum Cicerone illo tempore in gratiam rediit, cum eſſet ejus inimicus propter Clodium. de quo iterum infra eadem oratione fit mentio: per alterum conſulem referentem P. Cornelius Lentulus Spinther. ad quem ſcripta eſt prima epiſt. libri 1. epiſt. ad familiares. *Lamb.*

Inimico autem optimo viro, &c.] Lambinus hic ſibi aliiſque negotium fruſtra facit, & præter libros, in quibus tamen hæret non, *autem*, ſed ejus loco *hoc*, aut adeo *h* ſolum. & vero *hoc* item reſtat in primis edd. *Gruterus.* Sane Dreſdenſ. prim. Franc. & ed. prima: *inimico hoc optimo viro*, nec hoc male. *Grævius.*

Cum is inimicus] P. Clodius. *Hottom.*

præbuiſſet, ſpiritu duntaxat viveret, re quid omnes mortuos amandatus eſſet. Numquam pillio L. Opimius, fortiſſimus conſul, num Qu. Metello non modo C. Marius, qui erat ſed ne is quidem, qui ſecutus eſt, M. Antoni eloquentiſſimus, cum A. Albino collega ſena populum eſt cohortatus. At pro me ſuperio les ſemper ut referrent efflagitati ſunt: ſed v ne gratiae cauſa facere viderentur, quod alte finis erat: alterius cauſam capitis receperam: vinciarum foedere irretiti, totum illum ann

Spiritu duntaxat viveret] Alibi ſemper duo hæc apponit, *nomine & reipſa* profecto autem revera vivit qui ſpiritu vivit. Vtrum igitur *ſpecie* legendum ſit ut nota *ſpu* ſumta ſit pro *ſpe*, an potius ſignificat Clodium debilitatione & abjectione animi conſternatum nihil præter ſpiritum reliqui habuiſſe. ſic opinor. *Hott.*

L. Opimius] Qui conſul cum Q. Fabio

Alter mihi adfinis] C. C. Piſonis Ciceronis gen rat. *Adfinis* autem nome pat. *Idem.* Omnes M S ſpexi, & edit. prima: *affinis erat.* Nimirum non nunquam pro *alter* Captiv. argum.

Captus fuit in pugna

ne agendum judicavit. Atque eo die con-
ſet, niſi is tribunus plebis, quem ego maxi-
iis quaeſtorem conſul ornaveram, cum &
do, & multi eum ſummi viri orarent, &
s ſocer, optimus vir, ad pedes ejus flens ja-
ctem ſibi ad deliberandum poſtulaſſet: quae
de-

] Cum P. Lentulus,
vi conſules magiſtratum
,
ima tutoris] *Legitimi tu-*
proximi lege XII tab.
nem potius, quam teſta-
navit, quia propter ejuſ-
communionem & fide-
s pupillorum rationibus
imantur. Quod contra
didit, ut alio loco dixi-
n eſt orbos pueros agna-
rum opem potiſſimum
.
ſalus noſtra vita] Legen-
parens, deus ſalutis no-
na, memoria, &c. ve-
mutandum exiſtimavi:
mutare auſus ſum. ita
untur boni ſcriptores,
pro, tu ſervator meus
Non bellum moveo
, quæ poteſt cum Lam-
qui ſervavit noſtram vi-
ut ſalus ſit Diva, ut pro

ta, fortuna, memoria, nominis. Sic igitur Tullium ſcripſiſſe & diſtinxiſſe Lambino aſſentior, *parens, Deus ſalutis noſtra, vita, fortuna, memoria.* Grævius.

Simul ac de ſolemni religione retulit] Patet etiam ex Livio primam Conſulum relationem de religionibus fuiſſe. *Hott.* Nimirum prima relatio fuit de Latinis feriis, quæ indicebantur a Conſulibus ſimulac magiſtratum inierant, ad renovandum fœdus in Albano monte cum populis Latinis quadraginta ſeptem, de quibus dudum plura viri docti. Hanc religionem hic intelligit Cicero. In primo Francii non legitur *ſollemni*, ſed tantum *ſimul ac de religione retulit.* Græv.

Tribunus plebis] Sex. Atilius quem in Sextiana ſcribit, cum omnes in ſenatu, aliuſque alio gravius & ornatius de ſua ſalute dixiſſent, fieretque ſine ulla varietate diſceſſio, ſurrexiſſe; nec auſum eſſe, cum eſſet emtus intercedere: ſed noctem ſibi ad deliberandum poſtulaſſe. *Hottom.* *Niſi is tribunus plebis*]

conſcribi, centuriarique vidiſſem: cum intelli
veteres ad ſpem caedis Catilinae copias eſſe re
cum viderem ex ea parte homines, cui parti
principes numerabamur, partim quod mihi invi
partim quod ſibi timerent, aut proditores eſ
deſertores ſalutis meae: cum duo conſules, emti
ne provinciarum auctores ſe inimicis reipublica

In augenda mercede] In Sextiana dixit in duplicanda. *Hottom.*

Cum variis rationibus] Omni mora, ludificatione, calumnia. *Idem.*

Et voluntate tamen perfecta Senatus cauſa, &c.] Ita P. Victorii editio, neque devertunt noſtri. vulgata copulam & hoc loco non habebat, ſed verbis quatuor prioribus; retinebatque *perſpecta.* Grut. *Perfecta* firmat prim. Franc. Dreſd. & ed. prim. Sed recentiores omnes cum Gruteriana male interpungunt, *voluntate tamen perfecta ſenatus cauſa, ad vos.* Grævius.

Cauſa ad vos] Significat autem diem VIII Kal. Febr. quo die in forum ventum eſt, ad legem de Cicerone revocando rogandam, id quod in ſenatu Cn. Pompejus ſuaſerat: cum diceret, ſeſe otii ipſius cauſa, ut omni populari concitatione defungeretur, cenſere, ut ad Senatus auctoritatem populi quoque beneficium adjungeretur. *Hottom.*

Hic tantum interfuit inter me] Sequitur ſecunda pars orationis in qua diſceſſus ſui cauſas exponens, ne videretur igna-

dio, Cn. vero Pompeji vim
nique Italia incumbente,
ſimul reſtitutus eſt. *Idem.*

In tribunali Aurelio centuri
tiana hoc ſic extulit: *pro trib*
lio decuriari: ex quo intelli
idem valere quod *in* & *de*
quod *centuriari.* Idem.

Centuriari viciſſim] Anno
cum in exilium ejectus ſum.

Copias eſſe revocatas] *Re*
liber. *F. Urſinus.* *Renovat*
in Franc. prim. Dreſd. & ed
cipe, nec reſpuerem niſi ve
brorum auctoritas obniteret

Ex ea parte] Qui pro
bant. *Hottom.*

Cujus partis nos vel princ
Franc. Dreſd. & ed. princep
nos vel principes. Epiſt. lib.
cum 6: *Talem igitur te eſſe*
primum te ab impiorum civium
liſſimorum ſocietate ſejungas:
natui boniſque omnibus auctor
pem, ducem præbeas.
ficium epiſt. 24 ... M

liationes gratiarum, ſanguine meo ſancirentur: omnes boni non recuſarent, quin vel pro me, necum perirent: armis decertare pro mea ſalute , quod potui, quod & vincere, & vinci luctuoſum blicae fore putavi. At inimici mei menſe Ian. de me ageretur, corporibus civium trucidatis, ine ſanguinis meum reditum intercludendum puunt. Itaque cum ego afui, eam rempublicam 6
iſtis, ut aeque me atque illam reſtituendam putarego autem, in qua civitate nihil valeret ſenatus, s eſſet impunitas, nulla judicia, vis & ferrum in verſarentur, cum privati ſe parietum praeſidio, legum tuerentur, tribuni pl. vobis inſpectantibus crarentur, ad magiſtratuum domos cum ferro & fa-

e conſtrictum domeſticis hoſtibus de- Hoſtibus reipublicæ qui domi & ſſebantur. *Hott.* Vterque co- quo uſus ſum, editio princeps, Mediolan. *niſi conflictum dome-ibus dediſſent*, quod poſſit expo- domeſticam diſcordiam, qua m civibus committebantur & bantur, excitaſſent. *Dare con-*ti *dare pugnam* apud Comicum, *bellum* apud Tullium. Verum eius videtur Ciceronem ſcripſiſ- *flictum domeſticis hoſtibus dediſ-* niſi me perditum & de digni- tuniſque omnibus deturbatum bus domeſticis impune vexari ſi-

vinci, &c. F. Vrſinus. Primus Francii: *Pro mea ſalute nolui, quod potui, cum vincere.* Dreſd. *Pro mea ſalute nolui, quod potui, quod vincere.* Editio prima & omnes ante Victorianam: *Pro mea ſalute nolui, quod potui, quoniam & vincere & vinci.* Quibus auctoribus extruſerunt Victorius ac recentiores, *quod potui?* Ciceronem enim potuiſſe vi ſe tueri, ſi voluiſſet, toties ipſe jactat. Vide librum 1, ep. 9 ad Lentulum. Repoſiti a recentioribus ſpectum *quod potui*. Grævius.

Vt aeque me atque illam]. Neque enim ea reſpublica eſt ubi non jus valet, quo inter cives æquitas conſervatur, ſed vis,

facibus iretur, conſulis faſces frangerentur, deorum immortalium templa incenderentur, rempublicam eſſe nullam putavi. itaque neque republica exterminata, mihi locum in hac urbe eſſe duxi: nec, ſi illa reſtitueretur, dubitavi quin me ſecum ipſa reduceret. An ego, cum mihi eſſet exploratiſſimum, P. Lentulum proximo anno conſulem futurum, qui illis ipſis reipublicae periculoſiſſimis temporibus aedilis curulis, me conſule, omnium meorum conſiliorum particeps, periculorumque ſocius fuiſſet, dubitarem, quin is me confectum conſularibus vulneribus conſulari medicina ad ſalutem reduceret? Hoc duce, collega ejus, & clementiſſimo atque optimo viro, primo non adverſante, poſt etiam adjuvante, reliqui magiſtratus paene omnes, fuerunt defenſores ſalutis meae. ex quibus excellenti animo, virtute, auctoritate, praeſidio, copiis, T. Annius, & P. Sextius, praeſtanti in me benivolentia & divino ſtudio extiterunt. eodemque P. Lentulo auctore, & pariter referente collega, frequentiſſimus ſena-

conſervandum vos cohortati ſunt, ſed etiam rerum
um geſtarum auctores, teſtes, laudatores fuerunt.
rum princeps ad cohortandos vos, & ad rogandos 7
Cn. Pompejus, vir omnium, qui ſunt, fuerunt, erunt,
ceps virtute, ſapientia, ac gloria: qui mihi unus
privato amico eadem omnia dedit, quae univerſae
blicae, ſalutem, otium, dignitatem. cujus oratio
, quemadmodum accepi, tripartita. primum vos
it, meis conſiliis rempublicam eſſe ſervatam, cau-
que meam cum communi ſalute conjunxit, horta-

tuſque

dum a propinquis] Superius his iiſ-
erbis eſt uſus. *Hottom.*
ducti ad vos] Conſules enim, quos
ratis volebant, ad populum in ro-
ſuadendæ aut diſſuadendæ legis
producebant. *Idem.* *Producti ad
eodem*] Lentulo: quamquam li-
ms manuſc. habet, *ab eodem*. Lamb.
ti ad vos ab eodem] Pal. nou. item
S. Victor. *ab eadem*, Italia ſcilicet,
tque in ſuis Lambinus. & ita le-
m conjecerat Henricus Stephanus.
us. *Ab eadem* eſt & in ed. prima
dice Dreſdenſi, ſed non probo,
Hottomannus.
ctores, teſtes] Verſus hexameter,
nprudenti excidit. In Sextiana mi-
a ſyllaba ſimile quiddam vidimus.
ter fluctus tempeſtatemque fugiſſe. In
m v : *Cum inquies tanti fluctus ge-
que ſideant*. Hottom.
laudatores fuerunt] Sic neceſſario le-
ctio, *laudatoreſque fuerunt*, ferri non
poſſit, ſi quis forte non videt, cauſſa
eſt, quod in oratione ſoluta eſſet verſus
hexameter integer, quod vel Cicerone
ipſo auctore, vitioſiſſimum eſt. *Lamb.*
Atqui multos tales verſus excidiſſe Ci-
ceroni dudum obſervarunt viri docti,
ut, ſi cauſſa nulla ſit alia, delendam copu-
lam non exiſtimem. Extat ſane in primo
Franc. Dreſd. & editione prima. *Gre- 8
vius.*

Cn. Pompejus] Qui unus ex productis fuit, ut in Sextiana oſtendit. Tum enim ſine ullo magiſtratu erat. *Productus eſt ab eo*, inquit. *Cn. Pompejus qui ſe non ſolum auctorem meæ ſalutis, ſed etiam ſupplicem populo Romano exhibuit*. Hottom.

Princeps virtute, ſapientia ac gloria] Sic prim. Franc. & editio prima. vulgo *prin- ceps* ultimo loco ponitur, minus apte & venuſte. *Gravius.*

Qua univerſa reipublica] Iis bellis, quæ

tuſque eſt, ut auctoritatem ſenatus, ſtatum civitatis, fortunas civis bene meriti defenderetis: tum in perrando poſuit, vos rogari a ſenatu, rogari ab equitibus Rom. rogari ab Italia cuncta: denique ipſe ad extremum pro mea vos ſalute non rogavit ſolum, verum etiam obſecravit. Huic ego homini, Quirites, tantum debeo, quantum hominem homini debere vix fas eſt. Hujus conſilia, P. Lentuli ſententiam, ſenatus auctoritatem vos ſecuti, in eo me loco, in quo veſtris beneficiis fueram, iiſdem centuriis, quibus collocaratis, repoſuiſtis. Eodem tempore audiſtis eodem ex loco ſummos viros, ornatiſſimos atque ampliſſimos homines, principes civitatis, omnes conſulares, omnes praetorios, eadem dicere, ut omnium teſtimonio per me unum rempublicam conſervatam eſſe conſtaret. Itaque cum P. Servilius, graviſſimus vir, & ornatiſſimus civis, dixiſſet, opera mea rempublicam incolumem magiſtratibus deinceps traditam, dixerunt in eandem ſen-

pollicebor. Primum, qua ſanctiſſimi homines pie- erga deos immortales eſſe ſolent, me eadem erga alum Romanum ſemper fore: numenque veſtrum e mihi grave & ſanctum, ac deorum immortalium mni vita futurum. Deinde, quoniam me in civi- n reſpublica ipſa reduxit, nullo me loco reipubli- defuturum. Quod ſi quis exiſtimat, me aut volun- eſſe mutata, aut debilitata virtute, aut animo fra- , vehementer errat. mihi, quod potuit vis & inju- , & ſceleratorum hominum furor detrahere; eri- , abſtulit, diſſipavit: quod viro forti adimi non eſt, id manet & permanebit. Vidi ego fortiſſimum m, municipem meum, C. Marium, quoniam no- quaſi aliqua fatali neceſſitate, non ſolum cum his, qui

m quantum a populo Romano ac- , expoſuit, quemadmodum dein- lli gratiam relaturus ſit, & majo- n remuneranda gratia quam ulci- s inimicorum injuriis operam po- , oſtendit. *Hottom.*

gue ubertate] Reverſo Cicerone, eſſet annonæ ſumma caritas S. C. s ſententiam factum, lexque lata ut Pompejo per quinquennium s poteſtas rei frumentariæ toto or- rrarum daretur. Eo prope mo- o frumenti vilitas conſecuta eſt, e in ea pro domo, *Cum de mea*, in-

Mihi, quod potuit vis & injuria] Prim. Franc. Dreſd. ed. princeps: *Mihi, quod potuit injuria.* Non eſt improbabile *vis &* ex margine irrepſiſſe. *Gravius.*

Et ſceleratorum hominum furor] Nihil videtur hac lectione ſincerius, nihil re- ctius. Verumtamen libri manuſcripti habent, *& ſceleratus hominum furor.* de qua ſcriptura judicet lector ingenioſus, atque eruditus. *Lambinus.* *Et ſcelerato- rum furor*] Lambinus teſtatur ſuos ſcri- ptos habere *ſceleratus.* quatuor Pall. meliores ſtant a vulgato (nam cete- ros examinare non libet) idemque te-

qui haec delere voluiſſent, ſed etiam cum fortuna belligerandum fuit: cum tamen vidi, cum eſſet ſumma ſenectute, non modo non infracto animo propter magnitudinem calamitatis, ſed confirmato atque renovato, quem egomet audivi dicere, tum ſe fuiſſe miſerum, cum careret patria, quam obſidione liberaſſet, cum ſua bona poſſideri ab inimicis ac diripi audiret, cum adoleſcentem filium videret ejuſdem ſocium calamitatis, cum in paludibus demerſus concurſu ac miſericordia Minturnenſium corpus ac vitam ſuam conſervaſſet. cum parva navicula trajectus in Africam, quibus regna ipſe

Qui hæc delere voluiſſent] L. Sullam, qui ſemper a populi partibus alieniſſimus fuerat, apud Quirites grata oratione exagitat. *Hottom.*

Cum fortuna] A qua victi patria expulſi fuimus. *Idem.*

Non modo non infracto animo] Notavit hic Guilielmius, *infractum*, poni pro

menti, tam minus invenio in hac vulgata. *Gruterus.*

Quam obſidione liberaſſet] Oratone. Significat enim tempus illud cum ipſe Quinctius Conſul Cimbros, & qui jam in Italiam pervenerant ingenti prælio cecidit, in quo cæſa traduntur [illegible] centum xc millia, capta lx. Livii

ſſerat, ſed eos inops ſupplexque veniſſet. Re-
s vero ſua dignitate ſe non commiſſurum, ut,
, quae amiſerat, ſibi reſtituta eſſent, virtutem
non haberet, quam numquam perdidiſſet. Sed
er me atque illum intereſt: quod ille, qua re
um potuit, ea ipſa re inimicos ſuos ultus eſt,
ego, qua conſuevi, utar: quoniam illi arti in
c ſeditione locus eſt, huic in pace atque otio.
uam ille animo irato nihil niſi de inimicis ulci-
agebat: ego de ipſis inimicis tantum, quantum
eſpublica permittet, cogitabo. Denique, Qui- 9
quoniam me quatuor omnino genera hominum
nt: unum eorum, qui odio reipublicae, quod
pſis invitis conſervaram, mihi inimiciſſimi fue-
alterum, qui per ſimulationem amicitiae nefarie
erunt: tertium, qui cum propter inertiam ſuam,
aſſequi non poſſent, inviderunt laudi & digni-
ieae: quartum, qui cum cuſtodes reipublicae eſſe
de-

...m perdidiſſet] Quod certe non
ſi ſe in illa calamitate miſerum
retur. *Hotom.*

] Quidam vocem, *armis*, ex
ne natam eſſe ſuſpicantur, ne-
Ciceronis. Ego vocem, *pietate*,
tiore de cauſa ſuſpectam habeo,
. quod eam in libris manuſcri-
reperi. Omnino, *pietate*, hic
ffendit. malim legi, *lenitate*.
...ate, hic locum mihi habere
tur. Quid ſi nihil deeſt, ut in-
s, cum ſignificare artem di-
m eloquentiam? *Lambinus.*

...o conſuevi utar: quoniam] Vul-
...it, *pietate*, ſed ea & Pall. &
...is abeſt: meo animo recte.
... enim *re* quod praeceſſit. &
...tate non minus eſt belli virtus
...is. adeatur Lambinus, qui hic
...ent. *Gruterus.*

...or omnino genera hominum] Plura
...a, ſed minus ſubtiliter & ac-
...umerat: *Cum*, inquit, *alii me
periculi ſui non defenderent, alii
vetere odio bonorum incitarentur, alii invi-
derent, alii obſtare ſibi me arbitrarentur,
alii ulciſci dolorem ſuum aliquem vellent,
alii rem ipſam publicam atque hunc bonorum
ſtatum otiumque odiſſent*. Hottom.

Vnum eorum] Qui Catilinae latenter &
obſcure faverant, ejuſque conatus op-
preſſos dolebant. *Idem.*

Conſervaram] Patefacta & oppreſſa
conjuratione. *Idem.*

Per ſimulationem] Q. Hortenſium ut
ſuperius dixi deſignat. *Idem.*

Propter inertiam ſuam] Franc. prim. *per
inertiam ſuam*. quod non improbem, ſi
plures libri conſentiant. *Grav.*

Quartum] Piſonem & Gabinium
Conſules ſignificat. *Hottom.*

Cum cuſtodes reipublica eſſe debuerunt]
Sic in pulcherrimo Cenotaphio Lucii
Caeſaris Piſano, Auguſtus dicitur, *Cuſtos
Romani imperii, totiuſque orbis terrarum
praeſes*. & ab Horatio IV, 5:

*Divis orte bonis, optime Romulae
Cuſtos gentis.* Graev.

Quod

debuerunt, ſalutem meam, ſtatum civitatis, dignitatem ejus imperii, quod erat penes ipſos, vendiderunt: ſic ulciſcar facinorum ſingula, quemadmodum a quibuſque ſum provocatus: malos cives, rempublicam bene gerendo: perfidos amicos, nihil credendo atque omnia cavendo: invidos, virtuti & gloriae ſerviendo: mercatores provinciarum, revocando domum, atque ab iis provinciarum rationem repetendo. Quamquam mihi majori curae eſt, quemadmodum vobis, qui de me eſtis optime meriti, gratiam referam, quam quemadmodum inimicorum injurias crudelitatemque perſequar. Etenim ulciſcendae injuriae facilior ratio eſt, quam beneficii remunerandi, propterea quod ſuperiorem eſſe contra improbos minus eſt negotii, quam bonis exaequari: tum etiam nec tam neceſſarium quidem eſt, male meritis, quam optime meritis,

Quod erat] Quippe cum conſulatum [*Quamquam mihi majori curae eſt*

ore & die memoriam beneficii definire. Poſtre-
in ulciſcendo remiſſior fuit, mox aperte laudatur:

le meritis, & *optime meritis*,
ſcholaſticum præ ſe fert, &
majeſtate Tulliana. Vereor
s offenderit, *male meritis re-*
beat. Eſt vero idem quod *re-*
apud Comicos pro ulciſci,
tem. Eunucho:
, *qui referam ſacrilego illi*
ratiam
appoſuit nobis.
: *Retulit illi gratiam Servius.*
ementia 7: *Timent cetera con-*
non retuliſſe lædentibus gra-
itas videtur non clementia. qui
ſite huc affertur. Cicero pro
tecum ſic agam, tuliſſe ut po-
, *quam retuliſſe gratiam vi-*
men quia in Dreſdenſi veſti-
Victorio invectæ lectionis,
ſidet editiones, in eo enim
tam neceſſarium quidem eſt,
, *quam optime referre quod de-*
vel precibus: ipſe quoque il-
donec vetuſtiores codices
dabitur aut mihi, aut aliis
tinam Erfurtenſis hic non
s! *Gravius.*
precibus mitigari poteſt] S. Vi-
ari. ex quo Guilielmius con-
icari. Gruterus.
republica, ut cumque neceſſe
id ſit, divinare nunquam po-
tem paria paribus referat, &
odio, quod temporibus rei-

manno, Paullo Manutio hæc viſa ſunt corrupta. Quam enim ex iſtis verbis elicias ſententiam. Non improbo Paulli conjecturam. Ego quoque ſine libris emendatioribus meliora non promitto. Cogitabam legendum eſſe, *nec id reip. dare*, hoc eſt facere propter remp. ut bene meritum non colas. *Dare reip.* eſt aliquid in reip. gratiam facere. Scriptum forte fuit *reipubl. repdare*, repetita voce *reip.* negligentia librarii, unde poſtea natum *reip. repetere*. Nam reip. tempora neminem cogunt bene meritum non colere. Egregie id præſtitit Atticus, ut C. Nepos in ejus vita oſtendit. *Grav.*

Mox aperte laudatur] Quid hoc loco videri poſſit integrius homini quantumvis acuto, & ſagaci? Verumtamen, ſi idem ille libros veteres conſulat, & in eis ſcriptum reperiat, ut ego reperi, pro, *mox aperte laudatur*, &c. *in eorum aperte utitur*, aut *graviſſime*, &c. puto eum multo aliter de hoc loco, quam antea, ſenſurum, &, quod prius non fecerat de eo dubitare incepturum. Nam quid ſibi vult, *mox aperte laudatur?* Res nunc ipſa loquitur, aliquid hic ſubeſſe ulceris. Quid ſi ſic legamus? *in eo partim reprehenditur, partim laudatur. At graviſſime vitup.* &c. Lambinus. *Mox aperte laudatur*] Pal. pr. *in os aperte laudatur*, quod & in tert. ſed is præterea habet, *in os eum aperte laudatur*. at ceteri ſervant, *in eorum aperte utitur*, quod & repetit in ſuis

datur: at graviſſime vituperatur, qui in ta neficiis, quanta vos in me contuliſtis, remu eſt tardior: neque ſolum ingratus, quod ipſ ve eſt, verum etiam impius appelletur ne Atque in officio perſolvendo diſſimilis eſt n pecuniae debitae: propterea quod pecuniam net, non diſſolvit: qui reddidit, non habet: & qui retulit, habet: & qui habet, diſſolvit propter memoriam veſtri beneficii colam ben ſempiterna, non ſolum dum anima ſpirabo n etiam cum mortuo monumenta veſtri in me

Atque in officio perſolvendo diſſimilis eſt ratio] Hoc idem & in orat. pro Plancio & lib. de offic. II. ubi alterius cujuſdam dictum hoc eſſe ſignificat. *Commode*, inquit, *quicumque dixit, pecuniam qui habeat non reddidiſſe, & qui reddiderit, non habere: gratiam autem & qui reddiderit habere, & qui habeat retuliſſe*. Hottom.

Non ſolum dum anima ſpi... legendum, & ita fere ſemp... bris Memm. & in nonulli... doſi autem ſunt vulgati, in... tur, partim *anima ſuperab*... *anima ſuperero mea*. quamqu... hanc, Manutius illam tue... libros autem veteres, qui

:rrerendo laborem industriam, nec in veteris com-
ugendis gratam animi benivolentiam defutu-
.tque haec cura, Quirites, erit infixa animo
pitcrna, ut, cum vobis, qui apud me deorum
alium vim & numen tenetis, tum poſteris ve-
unctiſque gentibus digniſſimus ea civitate vi-
uae ſuam dignitatem non poſſe tenere ſe, niſi
peraſſet, cunctis ſuffragiis judicavit.

cto ſcriptum animadvertam, is quædam exiſtimo, qui- planius explicaretur. *Hotto-*

tia ſimpliciter referenda] Quid *um referre* non intelligo. Et :i Verrina IV. *ferri* quoque in *entiam* dictum pro *dici*. *Reti- e hominem in civitate judices, nſervate, ut ſit qui vobiſcum qui in ſenatu ſine ulla cupidi- & pace ſententiam ferat.* Idem. rit etiam Manutius, quid *ntentiam?* Nam conſulum e- *ad ſenatum*, ſenatorum au- , *ſententiam dicere*, *ſenten-* Nam non ſoli judices ſe- entiam, ſed & ii, qui cen- Hottomannus quoque vidit. *Conſtituendi autem ſunt, qui ſint fines, & quaſi termini diligentia: de quibus tres video ſententias ferri, quarum nullam probo.* Pro C. Balbo: *De quo fœdere populus Rom. ſententiam non tulit.* Exiſtimo itaque in Tullianis libris ultimam ſyllabam ex præcedente voce inverſis litteris perperam eſſe repetitam, ſcriptumque olim manu Tulliana fuiſſe, *in ſententia ſimpliciter ferenda*, ſive in ſenatu, ſive in judiciis, quod Hottomanno etiam animadverſum. *Simpliciter* eſt nulla habita ratione hominis aut potentis, aut inviſi, ſed ut jus, utilitas & tempus reipublicæ poſtulabit? *Grævius.*

Cunctis ſuffragiis judicavit] Sic legendum videtur potius, quam *indicavit*: & ita habent nonnulli libri vulgati. ego tamen, *indicavit*, non damno. Nam declarare quippiam ſuffragiis dicimus. librorum autem veterum ſcriptura eſt varia. habent enim partim, *judicavit*, partim, *indicavit*. Lambinus.

POST REDITVM IN SENATV.

ORATIO VICESIMA OCTAVA.

ARGVMENTVM FR. HOTTOMANNI.

M. Tullius poſtridie quam ab exilio in patriam reverſus eſt, hoc eſt Nonis Septemb. in Senatum profectus, orationem hanc habuit, qua nominatim utrique Conſuli, dein, octo Tribunis pl. poſt ſeptem Praetoribus, dein Cn. Pompeio tum temporis privato poſtremo Senatui univerſo pro reditu impetrato gratias agit. Conſules ſunt P. Lentulus Q. Metellus: quorum ita beneficia commemorat, ut illis reſtitutionis ſuae laudem attribuit. huic quod adverſatus non ſit ſimpliciter gra-

utem hanc orationem habitam eſſe. Non. Septem-
ridie quam reverſus eſt. Cujus rei auctorem habemus
ipſum, qui in epiſt. 1. lib. ad Attic. IV. *his ſcribit*
oſtridie in ſenatu, qui fuit dies Non. Septemb.
atias egimus. *Unde perſpicue intelligitur, primam*
, quam poſt reditum ſuum habuit, ac propterea ora-
Quirites poſteriore loco collocandam fuiſſe. Quod
ulli diſputant, de altera quadam oratione locum
lae accipiendum eſſe, qua ſingulis Senatoribus gra-
, ridiculum eſt, nam illa hujus orationis verba,
c illorum conjectura nititur: Vobis vero P. C. ſin-
gi & ago gratias univerſis: ego initio quantum
c. Haec, inquam verba, non ad aliam orationem,
us ipſius exordium referenda ſunt: & ſtultum eſt
Ciceronem in Senatu prius egiſſe gratias ſingulis
, id eſt privatis, quam conſulibus & magiſtratibus
o ſenatui. Praeterea, cum ſatis conſtet, ipſe etiam
oratione pluribus verbis teſtificetur, Senatum prin-
pſius reditu conficiendo fuiſſe, ac prius in Senatu
populum actum ea de re fuiſſe. imo vero Senatum
uiſſe, ut ea de re cum populo ageretur, nemo non
ionem poſtulaſſe ut prius ſenatui quam populo gra-
ntur.

RGUMENTUM P. MANUTII.

ſi habita eſſet, ita videtur mentionem facturus fuiſſe in ep. 1. lib. IV. ad Attic. ut mentionem fecit orationis in ſenatu habitae, his verbis: Poſtridie in ſenatu, qui fuit dies non. Septemb. ſenatui gratias agimus. *In hac igitur, qua ſenatui gratias egit, commemorat, atque amplificat ejus ordinis erga ſe merita: laudat conſules P. Lentulum, & Q. Metellum: tribunos pl. octo, & in iis praecipue Milonem, & Sextium: ſeptem praetores, & Cn. Pompejum. Habita Lentulo, & Metello Coſ.*

Sane in Erfurt. & primo Francii codice haec oratio praecedit illam, quae ad populum eſt habita.

1 SI, patres conſcripti, pro veſtris immortalibus in me fratremque meum, liberoſque noſtros meritis parum vobis cumulate gratias egero; quaeſo obteſtorque, ne meae naturae potius, quam magnitudini veſtrorum beneficiorum id

les, quorum beneficio & haec tenuimus, & rebus aucti ſumus: ſi populum Romanum cu- ribus in ampliſſimo conſilio, & in altiſſimo gra- itatis, atque in hac omnium terrarum arce col- lo-

ſerendum videtur. *Ornare* copioſe & diſerte explica- *Ornari res ipſa negat contenta* ila in procemio ex emenda- m doctorum: *ope ornantis* etiam male *orantis*. de quo *Gravius*.

tris parentes] Nam etſi fratris orbati ſuo parente non eſ- ille propter luctum & mœ- ris erga illos officium præ- erat. *Hottom.*

rem, qui ordinem] *Dignita-* eam amplitudinem, quam s præclare geſtis ſibi in civi- m pepererat: *ordinem* vero tu locum: nam una cum illi reſtitutus fuit. *Idem.*

s] Omnia enim per ſuos a, per conſules æſtimata & Vide epiſt. 2. lib. ad Att. 4.

oteſt eſſe jucundius] Quippe omnium caritate, patria tatur: ut idem in 1 de offic. . In Erſurt. & prim. Fran- *cundius*, ut in pleriſque ve- S. & lapidibus.

quit, *non mea ſolum, neque meos, ſed me ipſum, quid enim ſim.* Hottom.

Liberis, civitas] Hoc de ingenuis, & civium liberis dici ſatis intelligitur. *Idem.*

Ceteris rebus] Opibus & honoribus. *Idem.*

Cujus honoribus] Notandum *honoris* verbum in eo poni, qui honeſtat, non qui honeſtatur: ut paucis poſt verſibus *pop. Rom. honores.* Ergo *cujus honoribus*, id eſt cujus muneribus, in quibus ſummi honores ſunt, nam *honores*, id eſt procurationes adminiſtrandæ reipublicæ omnes a populo mandabantur. *Idem.*

In ampliſſimo conſilio] Senatu. Quæri tamen poſſet, cum ſenatores non a populo crearentur, ſed a cenſoribus legerentur, quid eſt, quod populi beneficio ſe in ſenatu collatum dicit? poſſet autem ſubtiliter reſponderi, nonnullos qui magiſtratum adepti eſſent, quamvis ſenatores non eſſent, tamen jus in Senatu dicendæ ſententiæ habuiſſe. Qua de re diximus in libello de ſenatu, cap. 1. ſed hæc pinguius & quaſi oratorio more dicta accipienda ſunt. *Idem.*

In altiſſimo gradu dignitatis] Conſula-

locati ſumus: ſi hunc ipſum ordinem, a quo ſaepe magnificentiſſimis decretis ſumus honeſtati, immenſum quiddam & infinitum eſt, quod vobis debeamus, qui veſtro ſingulari ſtudio atque conſenſu parentum beneficia, deorum immortalium munera, populi Romani honores, veſtra de me multa judicia, nobis uno tempore omnia reddidiſtis: ut, cum multa vobis, magna populo Romano innumerabilia parentibus, omnia diis immortalibus debeamus, haec antea ſingula per illos habuerimus: nunc univerſa per vos recuperarimus.

2 Itaque, P. C. quod ne optandum quidem eſt homini, immortalitatem quandam per vos adepti eſſe videmur. quod enim tempus erit unquam, quo veſtrorum in nos beneficiorum memoria ac fama moriatur, qui illo ipſo tempore, cum vi, ferro, metu, minis obſeſſi teneremini, non

ad ſummam ſenatus poteſtatem referebant, reges etiam & liberi populi com-

Quod haec antea ſingula] Subeſt membrum. neque enim plena ſententia eſt,

o poſt diſceſſum meum me univerſi revocavi-
ente L. Ninnio, fortiſſimo atque optimo viro?
›uit ille peſtifer annus & maxime fidelem, &
midum, ſi dimicare placuiſſet, defenſorem ſa-
:. poſtea vero quam vobis poteſtas decernendi
rmiſſa per eum tribunum plebis, qui, cum per
›licam lacerare non poſſet, ſub alieno ſcelere
umquam de me ſiluiſtis, numquam meam ſalu-
b his conſulibus, qui vendiderant, flagitaviſtis.
Ita-

poſt diſceſſum] Paucis poſt
Sextiana tamen cum de to-
im menſibus loqueretur,
emporis dolore interjecto.

Ninnio] Quadrato tribuno
nii ad Senatum de Cicero-
retulit:. viro incredibili
udine animi, conſtantia:
. perſuaſit (ut in Sextiana
cat) & populo (ut Dio li-
ır) ut tanquam in publica
ceronis cauſa veſtitus mu-
. *Referente L. Ninnio*] Ita
ı. hic enim ille eſt L. Nin-
s, quo modo eum appellat
ı ita perſpicue ſcriptum eſt
antiquis, ubi vulgati ha-
nio. neque hoc loco tan-
tis aliis, ut alibi cognoſce-
us. *Referente L. Niunio*]
d hanc ſcripturam Palatini.
litteras conceperint, ut
ſit *Numio*, *Minuo*, aut ſi-
ıde & natum vulgare *Mu*
r Turnebus libro XXIIX.
rus. Franc. prim. *refe-*
. Munio. Non eſt *de me*
cum faciat ad hujus loci
ravius.
idum] Itaque in Sextiana:
, *in mea cauſa nunquam ſi-*
utremuit. Hottom.
vobis poteſtas decernendi] Se-
faciendi. *Idem.* Franc.
vero quam vobis poteſtas de-
permiſſa. Sed Pith. *Poſtea-*
teſtas facta decernendi non eſt.
recipiendum duco. *Grav.*

Per eum tribunum plebis] Ælium Ligurem, qui interceſſit. Pro Sext. *Interceſſit Ligur iſti neſcio quis, additamentum*, &c. Hottomannus.

Sub alieno ſcelere delevit] Amborum conſulum Piſonis & Gabinii: quorum opibus & auctoritate ad quærendam mihi perniciem eſt uſus P. Clodius. *Idem.* *Sub alieno ſcelere delevit*] Libri manuſcr. habent partim, *delevit*, partim, *delituit*, de quo judicet lector. ego interea nihil muto. *delituit* tamen non improbo. *Lambinus.* *Poſſet, ſub alieno ſcelere delevit*] Alii aliter. Guilielmius tentabat, *poſſet ſuo, alieno ſcelere delevit.* Gruterus.

Poteſtas decernendi non eſt permiſſa per eum] Erfurt. & Colian. *decernendi poteſtas non eſt per eum.* Poteſt ſane abeſſe haut incommode *permiſſa.* Grævius.

Nunquam meam ſalutem non ab his conſulibus qui vendiderunt flagitaviſtis] Ita habent vulgati libri: manuſcriptus autem rectius mihi videtur tranſtuliſſe illud *non*: habet enim, *Nunquam non meam ſalutem*, &c. F. Vrſinus.

Qui vendiderant] Acceptis a P. Clodio provinciis, Piſo Macedonia, Gabinius Syria. *Hottom.* Non male Pith. *qui rempublicam venditaverant.* pactis provinciis vendiderant rempublicam Clodio, cum eam impune paterentur a nequiſſimo homine lacerari, & deleri. Poteſt tamen vulgata ferri repetito ἀπὸ κοινοῦ *ſalutem.* Grævius.

Flagitaviſtis] Tanquam veſtro jure, & debitam: nam *flagitare* proprie eſt debitorem acrius & vehementius appellare. *Hottom.*

Itaque veſtro ſtudio atque auctoritate perfectum eſt, ut ipſe ille annus, quem ego mihi, quam patriae malueram eſſe fatalem, hos tribunos haberet, qui & promulgarent de ſalute mea, & ad vos ſaepenumero referrent. Nam conſules modeſti, legumque metuentes, impediebantur lege, non ea, quae de me, ſed quae de ipſis lata erat, cum meus inimicus promulgavit, ut, ſi revixiſſent ii, qui haec paene delerunt, tum ego redirem: quo facto utrumque confeſſus eſt, & ſe illorum vitam deſiderare, & magno in periculo rempublicam futuram, ſi aut hoſtes atque interfectores reipublicae re-

Ille ipſe annus] Quo Piſo & Gabinius conſules fuerunt. *Hottom.* *Illo ipſo anno*] Sic & ſcribitur in prim. Franc. & Dreſd. ed. prim. ſed rectius tamen alii: *ille ipſe annus.*

Fatalem] *Fatalis* & in bona & in mala re dicitur: quaſi fato & certo Dei decreto vel ſalutaris vel exitioſus. Itaque in Catilin. IV: *Meus*, inquit, *conſulatus* [illegible] bit: *Qui cum in Senatu privatim ut de me ſententias dicerent, flagitabantur, legem illi ſe Clodiam timere dicebant.* Sed in ea pro domo apertius: *Homines legum metuentes, tum frequentiſſimus ſenatus rem ut de me referrent, quotidie flagitaret, non ſe rem improbare dicebant, ſed lege ipſius impediri.* Hottom.

Impediebantur lege] Quam Clodius [illegible]

am tum communi ſalute conjungere. Poſtea
iam ſingulari & praeſtantiſſima virtute P. Len-
ıſulis, ex ſuperioris anni caligine & tenebris lu-
republica Kal. Ian. reſpicere coepiſtis: cum
Q. Me-

llo ipſo tamen anno, cum ego ceſ-
nc. Pith. Dreſd. princeps edi-
Stephani: *Itaque illo tum ipſo*
tum merito reſpuit, ut & *ta-*
l dicuntur alii libri præ ſe fer-
ius, Manutius, alii. Cur ta-
uit Gruterus invita ſententia?
Mediol. ed. *cecidiſſem*, quod
unt vetuſtiores codices proba-
ut *ſtare* dicuntur Cic. quorum
gnitas, & fortuna, ſic *cadere*,
vantur. *Grævius.*

autem civitatis, non legum præ-
parietum vitam ſuam tueretur]
ejus, de quo ſic in Sextiana:
llium de interitu Cn. Pompeji,
lo ferroque deprehenſo, ille in-
tam diu fuit, quam diu ini-
in tribunatu. Item in ea pro
Comprehenſus eſt in templo Caſto-
P. Clodii; quem ille ad Cn. Pom-
ficiendum collocarat, extorta eſt
ca de manibus: Caruit foro poſtea
caruit ſenatu, caruit publico,
parietibus, non jure legum ju-
texit. Hottom. Sic cod. Erf.
l. Vict. C. Steph. Lambini edd.
ditio princeps, Franc. prim.
P. Manut. *Principes au-*
... *præſidia. Sed parie-*

quibus inſidiabatur Clodius. Pithœi tamen excerpta vulgatam tuentur. *Græv.*

Reſpublica ſine conſulibus eſſet] Sic in Sextiana: *Quid dicam conſules? hoccine & ego appellem nomine everſores hujus imperii? proditores veſtræ dignitatis? hoſtes bonorum omnium?* & alibi: *Si appellandi ſunt conſules, quos nemo eſt qui non modo ex memoria, ſed ex faſtis evellendos non putet.* Hottom. *Reſpublica ſine conſulibus eſſet*] Liber manuſcr. habet, *reſp. ſine rep. ſine conſulibus eſſet:* quæ ſcriptura non eſt fortaſſe rejicienda. *Lambinus.* Hanc ſcripturam ex S. Victor. produxit quoque Guilielmius.

Tutoribus annuis] Minus eſt tutorem quam parentem habere: ille tanquam alienam, hic quaſi communem adminiſtrat, qua de cauſa liberi ſui hæredes a Iuriſconſultis appellantur. Et Terent. dixit, *Meus particeps.* Ergo plus eſt cum rempublicam dixit, non modo parentes, ſed ne tutores quidem habuiſſe. *Hottomannus.*

Caput meæ proſcriptionis] *Caput* illud legis, ne quis referret, neve ſententiam de Cicerone revocando diceret. Cur autem *proſcriptionem* hanc, non legem nominet, poſterius exponet. *Idem.*

P. Lentuli conſulis] Qui poſt annum

Q. Metelli, nobiliſſimi hominis, atque optimi viri, ſumma dignitas, cum praetorum, tribunorum pleb. paene omnium virtus & fides reipublicae ſubveniſſet: cum virtute, gloria, rebus geſtis Cn. Pompejus, omnium gentium, omnium ſaeculorum, omnis memoriae facile princeps, tuto ſe in ſenatum venire arbitraretur: tantus veſter conſenſus de ſalute mea fuit, ut corpus abeſſet meum, dignitas jam in patriam revertiſſet. Quo quidem menſe, quid inter me & meos inimicos intereſſet exiſtimare potuiſtis. ego meam ſalutem deſerui, ne propter me civium vulneribus reſpublica cruentaretur: illi meum reditum non populi Romani ſuffragiis,

ra, ex *deſpicere*, feci, *diſpicere*. vulgatam autem, *reſpicere*, rejeci. *Lambinus*. *Lucem diſpicere cœpiſtis*] Lambinus admiſit fide libri veteris, reſtatque in Pall. in Pithœano, in S. Victoris; ſed littera una diverſum: hi enim *deſpicere*: quod & in edd. vett. nam recentiores *reſpicere*. Gruterus. Sic quidem in notis

Vt corpus abeſſet meum, &c.] Hic locus fuerat ab aliquo ſemidocto corruptus, addita voce, *licet*, quæ nullo in codice manuſcr. reperitur. quod cum in hac ſecunda nova editione animadvertiſſem, ſine ulla religione ſic nunc edidi, deleta voce ſupervacanea, & ſubdita, *ut corpus abeſſet meum*, &c. hac ſententia, ...

n ferro & facibus homines tota urbe volitan-
giſtratuum tecta impugnata, deorum templa
ata, ſummi viri & clariſſimi conſulis faſces fra-
rtiſſimi atque optimi viri, tribuni pleb. ſanctiſ-
orpus non tactum ac violatum manu, ſed vul-
ferro confectumque vidiſtis. Qua ſtrage non-
moti magiſtratus, partim metu mortis, par-
eratione reipublicae, paullum a mea cauſa re-
. reliqui fuerunt, quos neque terror, neque
ſpes, nec metus, nec promiſſa, nec minae,
, nec faces a veſtra auctoritate, a populi Ro-
mani

ſanguinis] Significat eam quae in foro VIII Kalend. ...: cum corporibus civium ...leretur, cloacae referciren- ...ſpongiis ſanguis effingere- ...a Sextiana loquitur: & hoc ...m verbis in orat. ad Quiri- *Hottom.*

..., *nihil regibus*] Qui lega- ...nnum pro conſuetudine *Idem.*

...s ſententiis] Non exerce- ..., comitia non habebantur, ... ſenatus. *Idem.*

...iſſet] De ſe loquitur, cum ...abiiſſet, qui non privato ...auctore ſenatu ſupplicium ...ſumpſerat. *Idem.*

...mata] Eſt a Pall. & aliis,

patet ex Piſoniana & ſeq. *Hottomannus.*

Tribuni plebis] P. Sextii, qui omnem magiſtratus ſui vim ad conficiendum Ciceronis reditum contulit: ut ſaepe jam dictum eſt. *Idem.*

Sanctiſſimum corpus] Corpora tribunorum pl. legibus ſacratis ſacroſancta fuiſſe, nemo neſcit. *Idem.*

Non tactum ac violatum manu, &c.] Etiam hic locus a ſemidocto aliquo fuerat depravatus, qui addiderat de ſuo vocem, *ſolum.* ſic enim habent lib. vulgati. *non ſolum tactum*, &c. Eſt autem hoc ſic dictum, ut illud, *non furem, ſed raptorem, non adulterum, ſed oppugnatorem pudicitiae*, &c. Lambinus. *Non tactum ac violatum manu*] Recepta lectio, *non ſolum tactum*, &c. ſed contra mſſ. eoſdem. *Gruterus.*

4 mani dignitate, a mea ſalute depellerent. Princeps P. Lentulus, parens ac deus noſtrae vitae, fortunae, memoriae, nominis, hoc ſpecimen virtutis, hoc indicium animi, hoc lumen conſulatus ſui fore putavit, ſi me mihi, ſi meis, ſi vobis, ſi reipublicae reddidiſſet. qui ut eſt deſignatus, numquam dubitavit ſententiam de ſalute mea ſe & republica dignam dicere. Cum a tribuno plebis vetaretur, cum praeclarum caput recitaretur, ne quis ad vos referret, ne quis decerneret, ne diſputaret, ne loqueretur, ne pedibus iret, ne ſcribendo adeſſet: totam illam, ut ante dixi, proſcriptionem non legem putavit, qua civis optime de rep. meritus nominatim

Deus noſtræ vitæ] Quippe, qui me a morte ad vitam, a deſperatione ad ſpem, ab exilio ad ſalutem revocavit: ut ipſe poſterius loquitur. Sic in ea pro Sextio: *Quem ego Deum ac parentem ſtatuo fortunæ ac nominis mei, & fratris rerumque noſtrarum.* Hottom.

Hoc lumen conſulatus ſui] Hoc facinus

periores, emendari & purgari poteſt. Eſſe autem corruptum clamat vetus codex unus, & alter, in quibus non comparet vox, *clauſulam*, neque ut habent alii *cauſam*: deſideratur tamen aliqua. quæ ſit illa, incertum. Quid, ſi dicamus, ſic legendum? *totam illam rogationem, proſcriptionem, ut ante dixi, non legem,* &c.

consul est ? quo quanto majus dediſſetis, ſi ſu-
re anno fuiſſet ? nec enim eguiſſem medicina
lari, niſi conſulari vulnere concidiſſem. Audie-
ex ſapientiſſimo homine, atque optimo civi & vi-
Q. Catulo, non ſaepe unum conſulem improbum,
vero numquam poſt Romam conditam, excepto
innano tempore, fuiſſe. quare meam cauſam ſem-
re firmiſſimam dicere ſolebat, dum vel unus in
lica conſul eſſet. Quod vere dixerat, ſi illud de
s conſulibus, quod ante in republica non fuerat,
ne ac proprium manere potuiſſet. Quod ſi Q. Me-
illo tempore conſul fuiſſet unicus, dubitatis,
nimo fuerit in me conſervando futurus, cum in
uendo auctorem fuiſſe adſcriptoremque videatis ?
ſed

er] Confirmaret. Nam quae Ci-
etſus conjuratos geſſerat, aucto-
geſſerat. Violata igitur erat Se-
ctoritas, cum ob eam cauſam,
atui paruerat, ipſe violatus eſt.
tter.

tuius conſul eſt] Vulgo *fuit*, ſed
ullis eſt ſcriptis, imo neque in
praeterquam in Pal. nono, aut
Gruterus.

ri vulnere] Piſonis & Gabinii.
mus.

ilio ejus, qui cum
uit, nam hoc ipſum

Cinnano tempore] Cum L. Cinna & C. Octavius conſules rempublicam mutuis diſcordiis, belloque civili labefactarunt. Nota eſt hiſtoria ex Appiano, Plutarcho, Floro & aliis. *Hottom.*

Q. Metellus] Hoc addit ad objectionem tacitam. Nam cum Q. Metellus P. Clodii frater adfinis eſſet, & cum Cicerone inimicitias exercuiſſet, videbatur, ſi ſolus conſul fuiſſet, Ciceronem non admodum adjuturus. Hic eſt Q. Metellus Nepos ad Q. Metellum Celerem Galliae proconſulem, ipſius fratrem extant epiſt. Cic. lib. fam. v. *Idem.*

quo inſpectante ac ſedente, legem tribunus plebis tulit, ne auſpiciis obtemperaretur: ne obnuntiare concilio aut comitiis: ne legi intercedere liceret: ut lex Aelia & Fuſia ne valerent: quae noſtri majores certiſſima ſubſidia reipublicae contra tribunitios furores eſſe voluerunt. Idemque poſtea, cum innumerabilis multitudo bonorum de Capitolio ſupplex ad eum ſordidata veniſſet, cumque adoleſcentes nobiliſſimi, cunctique equites Rom. ſe ad lenonis impuriſſimi pedes abjeciſſent: quo vultu cincinnatus ganeo non ſolum civium lacrymas, verum etiam patriae preces repudiavit? Neque contentus eo fuit, ſed etiam in concionem adſcendit: eaque dixit, quae, ſi ejus vir *Catilina* revixiſſet, dicere non eſſet auſus: ſe nonarum Decembr.

quae,

Legem tribunus plebis tulit] P. Clodius. *Hottomannus.*

Ne auſpiciis obtemperaretur] Tulit, nequis per eos dies, quibus cum populo agi

ſoniana leges illas appellat, *propugnacula murosque tranquillitatis & otii*, ut paulo ante dictum eſt. *Idem.*

De Capitolio veniſſet] Hominum enim

ue mutaſſetis, atque idem omnes boni jam ante
t: ille unguentis oblitus, cum toga praetexta,
mnes praetores aedileſque tum abjecerant, ir-
alorem veſtrum, & luctum gratiſſimae civitatis:
e quod nemo umquam tyrannus, ut quo minus
oc-

b. fam. 1 in epiſtola, *perju-*
pplicium de iis ſumtum, un-
orat. pro Flacco: *O Nona illa*
qua me conſule fuiſtis: quem
re natalem hujus urbis aut certe
appellare poſſum. Hinc illud
Cæſarem occidit ad Atticum:
on omnibus horis jactamus idus
ſimiliter atque ille nonas Decem-
ore habet, & meliore conditio-
rant autem illo die, item ut
ullis antea fuerant, armati e-
n. in clivo Capitolino, circa
oncordiæ. Qua de re Sallu-
ribit: *Nonnulli equites Romani*
cauſa cum telis erant circum æ-
ia, ſeu animi mobilitate, &c.
m eadem de re Cicero in Sex-
Phil. III. Et Suetonius præ-
Cæſare. *Hottom.*
tibus Romanis] Erfurt. *Ab e-*
R. quod eſt, populi Romani.
occurrit. *Grævius.*
vit] Acrius objurgavit, in-
nale accepit verbis. ſic infra:
alis compellabantur. Hottom.
iam] Sic in Sextiana:
ſione relegavit; edixit-

Lambinus. *Saluti mea, pro familiaritate, rei publica pro fortunis, &c.*] Quid ſibi hæc velint, quæro; ait Lambinus. offecerat ei ſcilicet interpunctio vitioſior. eam ſanavimus, immiſſo commate, quod & in aliis editis. *Gruterus.*

Conſuiſſetis] Senatuſconſulto proprie de ea re facto, quod pro me uno poſt hominum memoriam publico conſilio ſuſceptum eſt: ut ipſe ſcribit in oratione pro Cn. Plancio. *Hottom.*

Cum toga prætexta] Qua majores magiſtratus utebantur; & quam tum quaſi in publica calamitate ob veſtis mutationem abjecerant. *Idem.*

Graviſſima civitatis] Rectius in manuſcripto libro: *Gratiſſima.* magis enim amici luctus ad grati animi memoriam, quam ad gravitatem pertinet. *Idem.*
Gratiſſima civitatis] Sic S. Victoris, & plerique Pall. item edd. vett. dictum autem reſpectu Ciceronis. id ipſum Lambinus, admiſſum priore editione, altera ejecit, reducto, *graviſſima.* conſule Turnebum lib. XXIIX, cap. 17. *Grut.*

Nemo unquam tyrannus] Sic in Sextiana: *Quis unquam conſul Senatum ipſius decretis parere prohibuit: quis tyrannus miſe-*

occulte veſtrum malum gemeretis, nihil diceret, ne
6 aperte incommoda patriae lugeretis, ediceret. Cum vero in Circo Flaminio, non a tribuno plebis conſul in concionem, ſed a latrone archipirata productus eſſet: primum proceſſit, qua auctoritate vir? vini, ſomni, ſtupri plenus, madenti coma, compoſito capillo, gravibus oculis, fluentibus buccis, preſſa voce & temulenta, quod in cives indemnatos eſſet animadverſum, id ſibi dixit gravis auctor vehementiſſime diſplicere. Vbi nobis haec auctoritas tamdiu tanta latuit? cur in luſtris & helluationibus hujus calamiſtrati ſaltatoris tam eximia virtus tamdiu ceſſavit? Nam ille alter Caeſoninus Calventius, ab adoleſcentia verſatus eſt in foro, cum eum, praeter ſimulatam verſutam-

luctu adficeret, lugere non ſineret? Hottom. *Vt nihil diceret*, eſt ut nullam afferret cauſſam, cur non gemeretis occulte, & doleretis meo exilio, quaſi id e re eſſet

eſſent, ſe interceſſuros, animadverſis vitiis legis ex ratione diſſuadentium intercederent, & qui ad intercedendum veniſſent, deſiſterent, victi auctorita-

æ huic loco fraudi fuit. Ea
Cicero ſcripſit : *ſimulatam*
Hujus vocis *mimicam* τὸ
in Pithœano & Erfurt. le-
erpretatio. Orat. in Piſon.
montana porta introiſſe dixiſ-
ne me mimica Exquiliana in-
mptiſſimus laceſſivit. Petron.
riſu exſonuerant. Idem ali-
c mercenarius ad raptum fer-
verat, nec Eumolpus inter-
em mimicam. Sic & *mimus*
e ficta, pro qualibet ſimu-
. epiſt. 26 : *Numquid ſimu-*
imus, quicquid contra for-
i verborum contumacium.
ia eſt cum vultu præ me fe-
ſeveritatem quandam, qui
us ſum. *Gravius.*

ſtudium] Hoc quid ſit non
m. Cogitandum ecquid
lius quadraret. nam ado-
ad Iuriſconſultos juris
conferre ſolitos, nemo
Denique hoc ipſum ſigni-
, cum in Piſo. ſic loqui-
erat audita vox in foro,
lum factum conſilii. Hott.
non dicendi facultas, non
taris, non ſtud. cogn. hom.]
artim a veteribus lib. ad-
conjectura ductus in inte-
non eſt autem, quod
c, *cognoſcendorum homi-*
. Nam hoc idem objicit
e in eundem. *Quid eſt a-*
m cognoſcere homines? non

lium, non ſcientia rei militaris, &c. Lamb.

Non conſulis ſtudium, non diſcendi initia rei militaris non cognoſcendorum hominum] Locum fœde depravatum corrigi poſſe aliquando putavi, ſi ita legeretur, *Non conſilium, non ſcientia rei militaris, non ſtudium cognoſcendorum hominum.* nam de eodem Piſone dixit in oratione, quam in eum ſcripſit : *Nunquam erat audita vox in foro, nunquam periculum factum conſilii, nullum non modo illuſtre, ſed ne notum quidem factum aut militia, aut domi.* & paullo poſt, *Quid eſt aliud furere, niſi non cognoſcere homines, non cognoſcere leges?* Eodem fere modo in epiſtola ad Thermium lib. XIII de M. Annejo legato dixit : *Nam ejus opera, conſilio, ſcientia rei militaris vel maxime intelligo me & rempublicam adjuvari poſſe.* F. Vrſinus.

Non juris ſtudium, non dicendi, non rei militaris, non &c.] Miſerabiliter hic multa mutarat Lambinus, nos expreſſimus quod erat in Pall. illo nono, de quorum verborum ſinceritate, neminem dubitare patietur veritas ac ratio. antea inepte legebamus, *non conſulis ſtudium, non diſcendi initia rei militaris, non* &c. Turnebus conjecerat, *non conſulendi ſtudium, non dicendi.* admodum dextre. *Gruterus.* Vti Gruterus edidit, ſic & invenitur in Francii primo & Pithœano. In editione prima tota hæc ἀκολουθία non legitur. In Erfurt. vero ſic ſcribitur : *ſtudium non diſcendi viciari militaris.* puncta τῷ *viciari* alia manus adſcripſerat, quæ & ſuper illam vocem poſuerat *non rei.*

Non diſcendi initia rei militaris] Nihil

cognoſcendorum hominum, non liberalitas. quem praeteriens cum incultum, horridum, maeſtumque vidiſſes; etiam ſi agreſtem & inhumanum exiſtimares, tamen libidinoſum & perditum non putares. Cum hoc homine, an cum ſtipite Aethiope ſi in foro conſtitiſſes, nihil crederes intereſſe. ſine ſenſu, ſine ſapore, elinguem, tardum, inhumanum negotium, Cappadocem modo abreptum de grege venalium diceres. Idem domi quam libidinoſus? quam impurus? quam intemperans, non janua receptis, ſed pſeudothyro intromiſſis voluptatibus? cum

Cognoſcendorum hominum] Inſinuandi ſe in hominum notitiam & familiaritatem. *Hortom.*

Et perditum non dubitares] *Non putaſſes*, vetus liber. *F. Urſinus.* *Non putares*] Scripti noſtri fere omnes, *putares*, aut *putaſti*; non ut hactenus editi, *dubitares*. vult enim eo frontis fuiſſe ſupercilio, ut ignotis facile imponeret. noſtram lectionem probavit & Turnebus d. cap. 17. ſcripturam, firmatam ab editione principe, item Ahalæ libro. recentiores exhibent, *neglectum Capp.* ſine omni gratia; quæ pluſculum habitat in altero noſtro; ſed non item cuivis obvia eſt. *Grae.* Sane *negotium* legitur etiam in Erf. Pith. & Dreſd. ſed Franc. primus, vulgata retinet. *Inhumanum negotium*, ſi ita ſcripſit Cicero, *inhumanum negotium* eſt, qui nihil humani præ ſe fert, qui beſtiæ ſimilis

vero etiam litteris ſtudere incipit, & helluo imis cum Graeculis philoſophari, tum eſt Epicureus, penitus illi diſciplinae, quaecumque eſt, deditus, aptus uno verbo voluptatis. Habet autem maginon ex iſtis ineptis, qui dies totos de officio ac rtute diſſerunt: qui ad laborem, ad induſtriam, ricula pro patria ſubeunda adhortantur: ſed eos, iiſputent, horam nullam vacuam voluptate eſſe re: in omni parte corporis ſemper oportere ali- gaudium delectationemque verſari. His utitur praefectis libidinum ſuarum: hi voluptates omnes gant atque odorantur: hi ſunt conditores inſtructo- ie convivii: iidem expendunt atque aeſtimant votes, ſententiamque dicunt, & judicant, quancuique libidini tribuendum eſſe videatur, hoille artibus eruditus, ita contemſit hanc pudeniam civitatem, ut omnes ſuas libidines, omnia tia latere poſſe arbitraretur, ſi modo vultum impor-

at, quod adverſus & averſus fueidicus. *Gravius.*

vero etiam litteras ſtudere] Palatini neliores, item editio prima *lit-* nod mallem, quamvis ſciam altiam habere ſcriptorum auctori- *Gruterus.* In editione prima le- *eras*, non *litteris*. Sed in Erfurt. *litteris*, & in ultimo eſt *incepit*, *it*, quod rectius. *Grav.*

lluo immanis cum Graeculis philoſo- idem fere & in Sextiana & in Picommemorat. *Hottom.* *Et bel- anis cum Graeculis philoſophari*] Sic , cum in cod. antiquo ſcriptum im, *bellus imm.* & paullo ante, qui habent, *neglectum*, manuſcr. *egotium*, partim *vegotium*, ego, , reponendum putavi, quamnulli malint, *ignavum*. Lambin. ienſi eſt *belluus immanis*, ſed in ianc. & edit. prima hæc vere non extant. Erfurt. *belluus* , ſed al. man. ſuper illam vopſerat *vel beluam*, ut reſtituerat Lambinus non inepte. *Gravius.*

Penitus illi diſciplinæ] Epicuri enim quædam ſunt dogmata a recto philoſophandi genere non aliena, quæ Piſo contemnebat. *Hottom.* *Diſciplinæ* ſunt Philoſophorum ſectæ.

Non ex iſtis ineptis] Εἰρωνικῶς. nam quaſi in Piſonis perſona loquitur. *Hottomannus.*

Hi voluptates omnes veſtigant] Si ſic optimi codices, non reprehendo. Nam & alibi hac voce uſus eſt. Primus tamen Francii, & edit. prima: *Hi voluptates omnes inveſtigant*. Sed Erfurt. & Colin. ſtant a vulgata. *Grævius.*

Hanc prudentiſſimam civitatem] Quam qui primi fundarunt, alieniſſimi ab otio & voluptatibus. virtuti autem & induſtriæ deditiſſimi fuerunt. *Hottom.*

Latere poſſe] Populum enim ſuis rugis & ſupercilio decepit: ut mox inferet. *Idem.*

Vultum importunum] In Sextiana & Piſoniana copioſe vultus iſte Piſonis ſuis coloribus depingitur. *Idem.*

7 portunum in forum detuliſſet. Is me quidem minime, cognoram enim propter Piſonum affinitatem, quamquam longe hunc ab hoc genere cognatio materna tranſalpini ſanguinis abſtuliſſet, ſed vos populumque Romanum non conſilio, neque eloquentia, quod in multis ſaepe

Piſonum affinitatem] Senſus hic videtur: Ne quidem ille nunquam fefellit, quamquam cum nobiliſſimæ gentis nomen ferret, & ex iis eſſet, qui Frugi cognomen haberent, non ſtatim hominem penitus cognovit. Dixit autem *adfinitatem* κτ̓ μείωσιν, κτ̓ χρηστικῶς: ne ſi cognationem dixiſſet, omnino videretur illi Piſonum familiæ gentilitatem concedere. *Hottom.* *Namque equidem cognoram, propter*] Hunc locum antea obſcurum, atque impeditum, ſic emendavi, conjectura ductus: cujus ſententia nunc planiſſima eſt. Quod autem negationem ſuſtuli ante verbum, *cognoram*, id feci, & ſententia poſtulante, & inſtituto eorum, qui ex antiquæ ſcripturæ veſtigiis odore ſuſpicionis ad veram duperam *quanquam* hic eſt repetitum, & in aliis codicibus poſtea ſemel deletum, ſed alterum alieno loco relictum. In Erfurt. eſt; *Is me quanquam equidem non cognora propter*, ſed alia antiqua tamen manus *e* in equidem notarat puncto, & *minime* adſcripſerat, & in *non cognora* itidem ultimam ſyllabam delendam notarat, adſcripſeratque *cognoſcatur a me*, Genuina fuit manus Tullii: *Is me quidem minime, cognoram enim propter Piſonum affinitatem, quanquam longe hunc ab hoc genere cognatio materna tranſalpini ſanguinis abſtuliſſet, ſed vos*, &c. Vides liquida eſſe omnia. Nec dubitavi, ſic in mea reponere editione, & quod omnia ex manu exaratis codicibus ſint hauſta, & quod editionum magna ſit diſcrepantia.

ontis tibi integumento ad occultanda tanta fla- liutius uti non liceret? cum hoc tu coire auſus conſularem dignitatem, ut reipublicae ſtatum, atus auctoritatem, ut civis optime meriti fortu- ovinciarum foedere addiceres? te conſule, tuis , & imperiis, ſenatui populoque Romano non tum, non modo ſententiis atque auctoritate ſua, vultu quidem ac veſtitu reipublicae ſubvenire.

Ca-

ebus geſtis] *Rebus* ex Manutiana niana Gruterus adoptavit, con- um tam manu exaratorum, itorum fidem. Non enim id t editiones priſcæ, nec Victo- c Baſileenſes & Argentoraten- nes, nec *MSS.* Franc. Pith. egitur tamen in Erfurtenſi ab , verum antiqua adſcriptum.

i notata veſtigiis] Cum forte dentiam ab eo qui capillos in- attingitur. *Hottom.* *Non frons otata veſtigiis*] Sic optimi fere am quidam *torta*. Guilielmius um Lugdunenſi editione *in-* itus culi *calamiſtrimis torta ve-* ſter nonus, *calamiſtri non otata* erus. Noſtri libri & ed. pri- ro vulgata.

c tu coire] Semper fere in ma- ipitur *coire* pro ſocietatem m, tumultuum excitan-

Provinciarum fœdere addiceres] Syria & Macedonia, ut ſuperius dictum eſt. *Hott.* *Addicere* nimirum Clodio, hoc eſt Clodium patereris impune pro libitu Ciceronem vexare, affligere, perdere. Eleganter enim Latinis hi dicuntur *addici*, *adſignari*, *dedi*, *tradi*, *donari hoſtibus*. Superius vide quæ notavi ad Cluent. c. 69. & pro Flacco cap. 11. Sic paullo poſt; *Me conſtrictum inimicis reipublica tradidiſti.* & mox: *Duobus impiis nefariiſque conſulibus ærarium, provincia, legiones imperia donabantur.* Grævius.

Senatui populoque] Nam ante ſenatum ordines reliqui jam fecerant. In Piſonian. *Hottom.*

Sententiis] Nam ſenatus veſtem mutandam cenſuerat. Conſules autem contra quam ſenatus cenſuiſſet, ut cives ad veſtitum redirent, edixerunt. *Idem.*

Sed ne luctu quidem ac veſtitu] Optime Pith. *ſed ne vultu quidem ac veſtitu*, In Erfurtenſi alia manus, ſed peranti-

Capuaene te eſſe putabas, in qua urbe domicilium quondam ſuperbiae fuit, conſulem eſſe, ſicut eras eo tempore: an Romae, in qua civitate omnes ante vos conſules ſenatui paruerunt? tu es auſus in Circo Flaminio productus cum tuo illo pari dicere, te ſemper miſericordem fuiſſe? quo verbo ſenatum, atque omnes bonos tum, cum a patria peſtem depuliſſem, crudeles demonſtrabas fuiſſe. Tu miſericors me affinem tuum, quem tuis comitiis praerogativae primum cuſtodem prae-

notantur & puniuntur. Tacit. 1 ann. 7: *Cognitum eſt ad introſpiciendas etiam procerum voluntates indutam dubitationem. Nam verba, vultus in crimen detorquens recondebat.* Hiſt. 11, 52: *Milites ut falſum rumorem aſpernantes, quod infenſum Othoni ſenatum arbitrabantur, cuſtodire ſermones, vultum habitumque trahere in deterius.* Vides hic *vultum habitumque*, ut apud noſtrum, *vultu ac veſtitu*. Eadem eſt tranſpoſitio litterarum in *luctu* pro *vultu*, ut ſtatim ante in *cornatio* & *conta-*

Quo duumviratum gerebas. Nam Capuae duumvir Piſo fuit. Sed nihil hujuſmodi adfirmo. *Hottom.*

Cum tuo illo pari] Sic in Piſoniana: *Cum illo ſuo pari, quem tamen omnibus vitiis ſuperare cupiebat.* Idem.

Semper miſericordem] Sic in Piſoniana: *Productus in concionem cum eſſes interrogatus, quid ſentires de conſulatu meo, reſpondes crudelitatem tibi non placere.* Idem.

Peſtem depuliſſem] Conjuratos Catilinarios. *Idem.* *Cum a patria peſtem* [illegible]

ntaque intemperantia fuiſti, ut ne unam quidem
ı intereſſe paterere inter meam peſtem, & tuam
am; ſaltem dum conticeſceret illa lamentatio &
tus urbis. Nondum palam factum erat occidiſſe
ublicam, cum tibi arbitria funeris ſolvebantur.
odemque tempore domus mea diripiebatur, ar-
: bona ad vicinum conſulem de Palatio, de Tuſ-
culano

aſi ſinguli candidati ſingulis ami-
tabulam darent, in qua numerum
orum, quibus a prærogativa creati
didati eſſent, punctis notarent,
am maximi momenti eſſet, mu-
cuſtodiendi, id eſt ſuffragiorum
am obſervandi, non niſi fideliſ-
t certiſſimo amico mandabatur,
m autem eum dici, qui quid ob-
emini ignotum eſt. *Hottom.*

loco] Nam & honori & amicitiæ
atur, inter primos ſententiam
Idem in Piſon. *Idem.*

ntiam rogaras] Erfurt. *ſententiam*
Grævius.

n generum] L. Calpurnium Piſo-
t in Sext. *Gener & Piſo gener a Pi-*
ſulis pedibus ſupplex rejiciebantur.
n.

unam quidem horam intereſſe] Hoc
us verbis in Sext. exponit. ubi ait,
s ne noctem quidem inter ſuum diſcri-
m prædam intereſſe paſſos fuiſſe.
lo, inquam, ipſo die, die di-

Liber manuſcr. habet, *occidiſſe rempubli-*
cam, quod magis probo. *occidiſſe* autem,
id eſt, interiiſſe, a verbo occido, ſe-
cunda brevi. *Lambinus.* *Nondum palam*
factum erat occidiſſe rempublicam] Meta-
phora funebris; de qua diximus in Suſpi-
cionum libellis. ideoque malui *occidiſſe*,
cum libris potioribus, quam ut erat in
vulgata *concidiſſe*. Gruterus. *Occidiſſe* eſt
etiam in Franc. prim. & Dreſd.

Arbitria funeris] Sic in Piſoniana:
Eodem & loci veſtigio & temporis, arbitria,
non mei ſolum, ſed patriæ funeris abſtuliſti.
Et in ea pro domo: *Videre prætextatos*
inimicos, nondum morte complorata arbitria
petentis funeris. Vt facile appareat, arbi-
tria in funeribus dici ſolita, pro merce-
de libitinariorum veſpillonum, pollin-
ctorum: eorum denique omnium qui
mercede funera juvabant. *Hottom.* *Ar-*
bitria dicebatur pecunia vectigalis, quæ
a ſociis pendebatur reipublicæ, pro jure
monopolii, ut docuit Gronovius ad
Liv. 11, 9. quem vide. Peſſime legitur

culano ad item vicinum alterum conſulem deferebantur: cum, iiſdem operis ſuffragium ferentibus, eodem gladiatore latore, vacuo non modo a bonis, ſed etiam a liberis atque inani foro, ignaro populo Romano quid ageretur, ſenatu vero oppreſſo & afflicto, duobus impiis nefariiſque conſulibus aerarium, provinciae, le-
8 giones, imperia donabantur. Horum conſulum ruinas vos conſules veſtra virtute fulſiſtis; ſumma tribunorum plebis, praetorumque fide & diligentia ſublevati. Quid ego de praeſtantiſſimo viro, T. Annio, dicam? aut quis de tali cive ſatis digne umquam loquetur? qui cum videret ſceleratum civem, aut domeſticum potius hoſtem, ſi legibus uti liceret, judicio eſſe frangendum: ſin ipſa judicia vis impediret ac tolleret, audaciam virtute, furorem fortitudine, temeritatem conſilio, manum manu, vim vi eſſe ſuperandam: primo de vi poſtulavit. poſteaquam ab eodem judicia ſublata eſſe vidit, ne ille omnia vi poſſet efficere curavit: qui

it, neque tecta, neque templa, neque forum, ne-
:uriam, ſine virtute ſumma, ac maximis opibus
ıpiis ab inteſtino latrocinio poſſe defendi: qui pri-
poſt meum diſceſſum metum bonis, ſpem au-
ıus, timorem huic ordini, ſervitutem depulit ci-
. Quam rationem pari virtute, animo, fide,
xtius ſecutus, pro mea ſalute, pro veſtra auctori-
pro ſtatu civitatis, nullas ſibi inimicitias, nullam
nullos impetus, nullum vitae diſcrimen vitandum
ıam putavit: qui cauſam ſenatus exagitatam con-
bus improborum ſic ſua diligentia multitudini
nendavit, ut nihil tam populare, quam veſtrum no-
: nihil tam omnibus carum aliquando quam veſtra
ıritas videretur: qui me cum omnibus rebus, qui-
:ribunus pl. potuit, defendit, tum reliquis officiis
., ac ſi meus frater eſſet, ſuſtentavit: cujus ego
tibus, libertis, familia, copiis, litteris ita ſum ſu-
atus, ut meae calamitatis non adjutor ſolum, ve-
etiam ſocius videretur. Iam ceterorum officia ſtu-
ıe vidiſtis: quam cupidus mei C. Ceſtilius, quam
oſus veſtri, quam non varius fuerit in cauſa. Quid
:iſpius? cui ego ipſi, parenti, fratrique ejus ſentio
quan-

*m bonis, ſpem audacibus, timo-
r.*] Hoc *καμμα ſpem audacibus*,
νόμιον ſit nemo dubitabit. exſtat
in Pal. nono & Turing. nec rece-
tio vetus; niſi quod loco *ſpe* ſer
Grut. Confirmat hanc lectio
odex Pithoei, ac editio prima,
tamen *ſpem* non habetur, ſed
audacibus. In prim. Franc. &
aeque ut in editis ante Gruterum
ba non extant. In Erfurt. ad-
tiam. Sic enim ille: *ſpem etiam
bus*.

ıtius] Alter tribunus pleb. pro
ſtat Ciceronis oratio, in qua haec
xplicantur. *Hottom.*

l tam populare] Cum Senatores
timates ſint. *Idem.*

C. Ceſtilius] Sic Pall. Gembl. S. Victor. vulgo, *Seſtilius*, alias *Sextilius*. Grut. Erfurt. *Ceſtillius*.

Quid M. Ciſpius?] Secutus ſum editionem Manutianam, mea ſententia, hoc loco emendatam: quamquam quidam ſubſtituunt. *M. Olbius*, ſecuti ſcripturae veteris veſtigia, quae eſt, *Molpius*. quibus propemodum aſſentior. *Lambin.*

Quid M. Ciſpius?] Eſt a Pal. nono, nam ceteri, *M. Opſius*; aut vero *Mopſius*. *Ciſpii* mentio in Planciana cap. 31. cujus loci memoria editioni ſuae iſtud intulerat P. Manutius, ejecto vulgato, *Moſopius*; quod & damnat Pighius noſter ad annum V. C. DCXCVI. *Grut.* Erfurt. *M. Oſpius*.

Cum

quantum debeam : qui cum a me voluntas eorum in privato judicio eſſet offenſa, publici mei beneficii memoria privatam offenſionem oblitterarunt. Iam T. Fadius, qui mihi quaeſtor fuit, M'. Curius, cujus ego patri queſtor fui, ſtudio, amore, animo huic neceſſitudini non defuerunt. Multa de me C. Meſſius, & amicitiae, & reipublicae cauſa dixit : legem ſpeciatim initio de ſalute mea promulgavit. Q. Fabricius, ſi, quae de me agere conatus eſt, ea contra vim & ferrum perficere potuiſſet: menſe Ianuario noſtrum ſtatum recuperaſſemus. quem ad ſalutem meam voluntas impulit, vis retardavit, auctoritas veſtra revocavit. Iam

Cum a me voluntas eorum in privato judicio eſſet offenſa] Cum Cicero judex eſſet in judicio quodam additus, in quo de re ipſorum ageretur. *Hottom.* Prim. Franc. & Dreſd. *cum mihi voluntas eorum*, &c. *eſſet offenſa.* ut Tacitus 1, 1: *Veteris populi Romani proſpera vel adverſa claris*

netæ cudendæ fuit, ut ex denariorum inſcriptionibus intelligimus. *F. Vrſinus.*
C. Meſſius] Haud ſecus Pall. noſtri, & Gembl. S. Victor. Erfurd. non *Meſſinius*, ut vulgo. quem item rejecerat d. loco Pighius. *Gruterus.* Pith. ſane & Dreſd. *Meſſius*, non *Meſſinius*. Eſt ille Meſſius,

ia, quam eſſet cara nobis mea ſalus, declaravit.
officia C. Septimii, Q. Valerii, P. Craſſi, Sex.
ii, C. Cornuti, ſumma & in me, & in rempu-
conſtiterunt. quae cum libenter commemoro,
n invitus nonnullorum in me nefarie commiſſa
eo. non eſt mei temporis injurias meminiſſe:
etiam ſi ulciſci poſſem, tamen oblivisci mallem.
sferenda tota mea vita eſt, ut bene de me me-
ram gratiam, amicitias igne perſpectas tuear,
ertis hoſtibus bellum geram, timidis amicis
m, proditores meos non indicem, dolorem pro-
fectio-

praetorem] Hactenus octo tri- . . . numeravit, qui ipſius redi- . . ., duo reliqui non con- . . . Numerius Quintius & Sex. . . ., non intercesserunt . . . & Senatus & omnium ma- . . . conſenſum viderent. *Hott.*

. . .] Praetor urbanus. *Idem.*

. . .] Praeter unum App. Clau- . . . dii fratrem. *Idem.*

. . . *potestatem*] Indicio diſ- . . . praetoris urbani poteſtas . . . dare, vel denegare. Puto . . . Ciceronis bonis contro- . . . nam de aliis rebus acti- . . . denegaſſet. *Idem.*

etiam ſi ulciſci poſſem] *Etiam* . . . nec in Dreſd. nec in edi- . . . legitur. Extat tamen in Er- . . . noſter libro II de officiis *igne ſpectatus*; qui nulla re ab honeſto deducitur. *Grut.* *Igne ſpectatus* non eſt, ut Gruterus vult; qui nulla re ab honeſto deducitur; ſed cujus fides & amicitia in rebus adverſis multis documentis eſt probata. Tuetur haec verba, quae in editis ante Gruterum non leguntur, Pithoei excerpta, in quibus tamen nonnihil corrupte, *amicitias dignas perſpectas tuear.* Graevius.

Proditoribus meis non indicem] Vetus liber *vindicem*: quod meo quidem judicio multo rectius eſt. *Hottom.* *Proditoribus meis, &c.*] Sic ſolus Pal. ſec. ac tert. nam Erfurd. item Pal. non. & pr. *proditores meos non indicem: dolorem profectionis meae reditus dignitate conſoler.* neque aliter quart. aut oct. niſi quod ii *vindicem.* ſententiae ſunt bellae: haud ta-

fectionis meae reditus dignitate conſoler. Quod ſi mihi nullum aliud eſſet officium in omni vita reliquum, niſi ut erga duces ipſos, & principes atque auctores ſalutis meae ſatis gratus judicarer: tamen exiguum reliquae vitae tempus non modo ad referendam, verum etiam ad commemorandam gratiam mihi relictum putarem. Quando enim ego huic homini ac liberis ejus, quando omnes mei gratiam referent: quae memoria, quae vis ingenii, quae magnitudo obſervantiae, tot tantiſque beneficiis reſpondere poterit? qui mihi primus afflicto & jacenti conſularem fidem dexteramque porrexit: qui me a morte ad vitam, a deſperatione ad ſpem, ab exitio ad ſalutem revocavit. qui tanto amore in me, ſtudio in rempublicam fuit, ut excogitaret, quemadmodum calamitatem meam non modo levaret, ſed etiam honeſtaret. quid enim magnificentius, quid praeclarius mihi accidere potuit, quam quod illo referente [redacted]

, atque ex me quæreret,
eum in libris manuſcript.
eriſſem, reſpondiſſemque,
meminiſſe: ille autem di-
videri legendum, *qua voce*
&c. Ego domum reverſus
ſem a me eſſe editum, *ſe-*
idque ducibus libris duobus
non contentus duorum li-
oritate, alium quendam per-
uem unum habebam domi
iam ceteros dominis reddi-
ſului: in quo ita ſcriptum
qua voce te Romanino poſt, &c.
on videt, molli brachio, &
dmodum vi fieri poſſe, *qua*
no, &c. quo modo conjecit
um Briſſonius? Quare ſi
ſtoria cognoſcimus, non ſe-
hac voce uſum eſſe conſu-
æpius, nihil eſt, quod le-
emel omnino, probare de-
imum igitur novem circiter
quam hanc orationem habe-
hac voce erat uſus. C. Cal-
, ut teſtatur ipſe M. Tullius
pro C. Cornelio, majeſtatis
ſtat hæc verba apud Aſco-
: *animo extremi ac difficillimi*
m illam, C. Corneli, conſulem
li. Qui rempublicam ſalvam
nt ad legem accipiendam adeſ-
n anno ab urbe condita
C. Marius, & L. Valerius
teſtatur idem M. Tullius in
o C. Rabirio, perduellionis
n vocem miſerant. Sic au-
is & C. *ut C. Marius, L. Vale-*
ius, ut ſi conſul eſſet, qui rempublicam ſalvam eſſe vellet, ſe ſequi juſſit. Quod ſic refert Appianus lib. I civilium: Κρίναντες δ᾽ ὅσα ἔκριναν, ἐς τὸ Καπιτώλιον ἀνῄεσαν, καὶ προέστη αὐτοῖς ὁ μέγιστος ἀρχιερεὺς λεγόμενος, ἐξῆρχε τῆς ὁδοῦ Κορνήλιος Σκιπίων ὁ Νασικᾶς, ἐβόα τε μέγιστον, ἕπεσθαί οἱ τοὺς ἐθέλοντας σώζεσθαι τὴν πατρίδα. Id eſt, *Iis autem decretis, quæ decreverant, in Capitolium aſcenderunt: & primus eis præibat, & ducem ſe præbebat pontifex maximus, Cornelius Scipio Naſica, clamabatque voce maxima, ut, qui ſalvam rempublicam eſſe vellent, ſe ſequerentur.* Et Plutarchus in vita Gracchorum, quamquam paullo aliter: Ἀναπηδήσας ὁ Νασικᾶς· ἐπεὶ τοίνυν, ἔφη, προδίδωσιν ὁ ἄρχων τὴν πόλιν, οἱ βουλόμενοι τοῖς νόμοις βοηθεῖν, ἀκολουθεῖτε. Id eſt, *Exſiliit Naſica, &, quoniam* (inquit) *urbem prodit conſul, qui vultis legibus opitulari, me ſequimini.* & anno CCXCIII. ab urbe condita, Sex. Tempanus, decurio, apud Livium lib. 4. eandem vocem ejecit. Sic Livius: *Dataque mox terga hoſtibus forent, ni Sex. Tempanus decurio equitum, labente jam re, præſenti animo ſubveniſſet: qui cum magna voce exclamaſſet, ut equites, qui ſalvam rempublicam eſſe vellent, ex equis deſilirent: omnium turmarum equitibus, velut ad conſulis imperium motis, Niſi hac,* inquit, *armata cohors ſiſtat impetum hoſtium, actum de imperio eſt. ſequimini pro vexillo cuſpidem meam*, &c. Ex his locis primum hoc intelligere licet, in difficillimis temporibus, & ſummo reipublicæ diſcrimine hunc morem fuiſſe, ut vel

tam conſul uſus eſſet pro univerſa republica apud eos ſolum, qui ejus vocem exaudire poſſent: eadem voce ſenatus omnis omnibus agris atque oppidis cives, totamque Italiam ad unius ſalutem defendendam excitaret. Quid ego glorioſius meis poſteris potui relinquere,

Saturninus occiſus eſt: iterum in C. Cornelii tribunatu. Nam duo illa tempora, & id, quo Sex. Tempanus, & id, quo Naſica eandem vocem privati uſurparunt, non numero. dilucide enim hic dicitur, conſul. Quare ſi conſules illi non erant, ut non erant, numerum ternarium non explent, quod requiritur, ut, quod hic a Cicerone dicitur, ſcriptura, *ter omnino*, comprobata, verum ſit. Quid igitur dicendum? Veriorem lectionem eſſe puto, *ter omnino*, quam *ſemel omnino*: quamvis duo tantum exempla hujus vocis a conſule poſt urbem conditam miſſæ, mihi ſuppetant. Nam cum jam conſules hac voce poſt urbem conditam bis reperiantur eſſe uſi: falſum eſt, conſulem ſemel omnino cum in C. Gracchum invectus eſt, quæ tamen nullius ſcriptoris teſtimonio comprobatur. Quid ſi de C. Mario intelligendum ſit? de eo enim ita ſcriptum eſt in oratione poſt reditum ad Quirites: *Nam C. Marii qui poſt illos veteres clariſſimos conſulares, veſtra patrumque memoria tertius ante me conſularis ſubiit indigniſſimam fortunam*, &c. Fulv. Vrſinus. *Te omnino poſt Romam conditam*] Ingenioſe ſic quidem Barn. Briſſonius, de qua emendatione, ne quis ultra dubitet; ſciat exſtare in Erfurd. in Pal. nouo, & codice Ahalæ. & ita quoque conjecerat Turnebus lib. xxv, cap. 25. *Gruterus.* Plane firmat emendationem virorum doctorum præterquam a Grutero laudati etiam Pithœi codex, in quo, ut qua vox in

venisset, vos frequentiſſimos in Capitolium
t. quo tempore quantam vim naturae boni-
t, aut vera nobilitas, intelligere potuiſtis.
Metellus, & inimicus, & frater inimici, per-
tra voluntate, omnia privata odia depoſuit:
Servilius, vir cum clariſſimus, tum vero opti-
micíſſimus, & auctoritatis, & ora-
quadam gravitate ad ſui generis
ſanguinis facta virtuteſque revocavit,
ut

[illegible] *ſi committere puta-* [illegible]ctura ductus, [illegible] commu-rit, *Vt* [illegible] *flagitium ſe* [illegible]. Quæ ſane corre-[illegible] manuſcripti co-[illegible] auctoritate. *F. Vrſinus.* *flagitium ſi committere* [illegible] hujus loci debita [illegible] S. Victor. in quo [illegible] *reus flagitium*, ha-[illegible] *omnis flagitium*, &c. [illegible] Pithoei codex, *& flagitium.* Erfurt. [illegible]. ſed illa manus [illegible] voci *reus* vel [illegible] copula in illo deſit.

natura bonitas haberet] *bonitas haberet*, contra [illegible], editoſque antiqui-*Vera bonitas* eſt in pri-

Frater inimici] Sic in oratione pro Cælio fratrem patruelem Clodii Metellum hunc appellat, oratorie potius, quam ex Iuriſconſultorum ſubtilitate: qui conſobrinum potius dixiſſent, quia P. Clodius Cæciliæ filius erat, quæ hujus Metelli Nepotis amita fuerat. *Idem.*

Omnia privata odia] Sic in Sextiana ſcribit, ex magnis contentionibus reipublicæ maxime ſibi inimicum fuiſſe. Et de provinc. Conſul. *Quid? Q. Metellus Nepos nonne conſul in templo Iovis Opt. Max. permotus cum auctoritate veſtra, tum illius P. Servilii incredibili gravitate dicendi, abſens mecum ſummo ſuo beneficio rediit in gratiam.* Idem.

P. Servilius] Iſauricus, qui & conſulatum & cenſuram geſſit, & de Iſauris, quos in Cilicia domuit, triumphavit. Flor. lib. 3. Eut. lib. 6. Vellejus lib. 2. *Idem.*

ut haberet in conſilio & fratrem ab inferis, ſocium rerum mearum, & omnes Metellos, praeſtantiſſimos cives, paene ex Acheronte excitatos: in quibus Numidicum illum, cujus quondam de patria diſceſſus moleſtus omnibus ſane, ipſi ne luctuoſus quidem viſus eſt. Itaque extitit non modo ſalutis defenſor, qui ante

Fratrem ab inferis] Significat Q. Metellum Celerem, qui Cicerone conſule Prætor cum eſſet, ei in opprimenda conjuratione adjutor ac ſocius exſtitit. *Hott.*

Vt haberet in conſilio & fratrem ab inferis] Quid, ſi dicamus legendum eſſe, *ut adhiberet in conſilium*, &c. Omnino ſic placet magis. Verum tamen nihil mutare auſim ſine libris manuſcr. Nam ſi Latine dicere licet, *fuit ille mihi in conſilio*: cur non etiam licet dicere, *habui illum in conſilio?* Iam quod ſequitur, *& fratrem ab inferis, ſocium rerum mearum*. hoc, *ab inferis*, mendoſum eſt, & adulterinum, putoque initio fuiſſe interpretationem ejus, quod infra poſitum eſt, *ab* [redacted]

Numidicum illum] Qui poſt conſulatum Numidiam ſortitus, duobus præliis Iugurtham fudit & Numidiam univerſam domuit. Salluſt. in Iugurtha. Epit. Livii LXV. & plene auctor libelli de viris illuſtribus. *Hottom.*

De patria diſceſſus] C. Saturninus tribunus pl. cum legem Agrariam per vim tuliſſet, Numidico jurare in illam recuſanti diem dixit, qui cum a bonis civibus defenderetur, ne cauſa malorum certaminum eſſet, in voluntarium exilium Rhodum profectus eſt. Qua de re multa Cicero in Sextiana, in Piſonem pro Balbo. & Liv. Epit. 69. Appian. lib. 1. Plut. in Mario, auctor lib. de viris illu- [redacted]

gravillimis verbis, & plurimis judicaſſetis,
ſul curavit, ut eadem a principibus civita-
ncione poſtero die dicerentur: cum qui-
egit ornatiſſime cauſam meam, perfecit-
ante atque audiente Italia tota, ut nemo
a conducti aut perditi vocem acerbam at-
nam bonis poſſet audire. Ad haec non modo 11
a ſalutis, ſed etiam ornamenta dignitatis
liqua vos iidem addidiſtis: decreviſtis, ne
ratione rem impediret: qui id impediſſet,
vos

lii ſolum Senatu, quem
ominibus, & quo Metel-
venerat. mſſ. noſtri *di*-
d Pal. nonnis *extitit*. Grut.
pue in Erfurt. a correctrice
in contextu ſit *dimittit*.
extitit, intelligitur enim
de quo hic loquitur.
um beneficium] Melius Er-
hoc ſtatum. Sic emendavit
. *Gravius*.
dignitatis] Nam ſcripto
minum nomina, quorum
actum fuerat, adſcribe-
ribendo etiam adeſſe ſo-
libello de ſenatu docui-

:x *ſenatores eſſetis*] Anti-
te: *cum quadringenti nona*-
una littera, C. in fine de-
vox *Senatores*, gloſſam

bant enim in ſenatum, non ſenatores
tantum, ſed & ii quibus ſententiæ di-
cendæ jus. *Gruterus*. Addidi particu-
lam *vos* ex Erfurtenſi, quæ in aliis deſi-
derabatur. *Gravius*.

Diſſenſit unus] P. Clodius. Nam in ea
pro domo: *Cum*, inquit, *de mea digni-
tate in templo Iovis Opt. Max. ſenatus fre-
quentiſſimus, uno iſto diſſentiente, decreviſſet*.
Hottomannus.

Atque illo die, quo rempublicam] Ma-
lim ſic legi, & fortaſſe ita a Cicerone
ſcriptum eſt, *Atque illo die, quo die rem-
publicam meis conſ.* ſic enim loqui ſolet.
Lambinus.

In concione] Paulo poſt de oratione
quam Pompejus ad populum habuit
commemorat. *Hottom*.

Vocem acerbam] Nam populus, ſi quid
ab eo qui concionem habebat, dictum
eſſet, quod improbaret, admurmurare

vos graviter moleſteque laturos: illum contra remp. ſalutemque bonorum concordiamque civium facturum: & ut ad vos de eo ſtatim referretur: meque etiam, ſi diutius calumniarentur, redirè juſſiſtis. Quid? ut agerentur gratiae, qui e municipiis veniſſent? quid? ut ad illam diem, res cum rediſſent, rogarentur, ut pari ſtudio

Vos graviter moleſteque] Sic ex Erfurt. edidi, cum *vos* in vulgatis non habeatur. *Gravius.*

Vt ad vos de eo ſtatim referretur] Vſitatius iſtud, tueturque ſe fide cod. Pal. noni, Erfurd. & Gembl. editi antea, *ut ad vos ea ſtatim referrentur.* Grut. Sic & Pith, *ut ad vos de eo referretur.*

Si diutius calumniarentur] Malitioſe moras nectèrent. Sic in epiſt. ad Lentulum: *Res ab adverſariis noſtris extracta eſt variis calumniis.* Hottom.

Res cum rediſſet] Legendum ut in antiquis: *Ad res cum rediſſent.* Nam in Sext. *Atque*, inquit, *ut iidem ad res redeuntes*, [redacted]

municipia, ut pari ſtudio Romam convenirent ad illam diem, id eſt, ad illud tempus, cum res rediiſſent, id eſt, quo tempore res intermiſſæ ac prolatæ, repeterentur? Venio nunc ad illa verba Sextiana: *Decrevit eodem tempore ſenatus, ut iis, qui ex tota Italia ſalutis meæ cauſa convenerant, agerentur gratiæ: atque ut iidem ad res redeuntes, ut venirent, rogarentur.* Dico igitur in his verbis, *atque ut iidem, ad res redeuntes*, &c. ſubeſſe mendum: idque ſic eſſe purgandum, ac tollendum, *atque ut iidem ad illam diem, cum res rediſſent, ut venirent, rogarentur.* ut idem dicatur in Sextiana, quod hic [redacted]

ſtudio convenirent? Quid denique ille dies, quem P. Lentulus mihi, fratrique meo, liberiſque noſtris natalem conſtituit, non modo ad noſtram, verum etiam ad ſempiterni memoriam temporis? quo die nos comitiis centuriatis, quae maxime majores comitia juſta dici haberique voluerunt, arceſſivit in patriam: ut eaedem centuriae, quae me conſulem fecerant, conſulatum meum comprobarent. Quo die quis civis fuit, qui non nefas eſſe putaret, quacumque aut aetate aut valitudine eſſet, non ſe de ſalute mea ſententiam ferre? Quando tantam frequentiam in campo, tantum ſplendorem Italiae totius ordinumque omnium: quando illa dignitate

...die] Pal. nonus, *illo die*. Gruter. ... & Pithœi, & Erfurt. quos ſequor. *Grævius*.

Natalem conſtituit] Alio quoque loco ...dem dicit. *Natalem* appellat quia eo die ... morte ad vitam revocatus eſt. *Hottom.* ...cuti qui in exilio erant, dicebantur ...ortui, & exilium vocabant exequias, ... Ovid. III de triſt. 3:

Cum patriam amiſi, tunc me periiſſe putato,
Et prior & gravior mors fuit illa mihi.

...naſci & renaſci dicebantur, cum re...erentur. Cic. VI ad Attic. 6. reſtitu...em ſuam vocat παλιγγενεσίαν. Idem ...tticum: *Alterius vitæ quoddam ini...ordimur*. I. Fr. Gronov.

...itiis centuriatis] Quæ extra pomœ... in Campo Martio a populo per ...m centurias diviſo ſic habebantur, ...enturiatim ſuffragia colligerentur, ...d plures centuriæ juſſiſſent, id ra...aberetur. Hoc autem ipſum de ſe ... Lentulum ſcribens. Lib. famil. I ...nat his verbis: *Me univerſa reſpu...ice ſenatu, comitante Italia, reſe...ſule, comitiis centuriatis, cunctis ...hominibuſque incumbentibus, ... denique ſuis viribus recuperavit.* ...nnus.

...e juſta] Id eſt, ſumma & ma...ant enim & populi univerſi, & ...us tantum magiſtratibus & ...uſpiciis habebantur. *Idem.*

Conſulem fecerant] *Conſul* enim utpote ex majoribus magiſtratibus comitiis centuriatis creabatur. *Idem.*

Qui fas eſſe putaret] Prim. Franc. Dresd. & ed. prima: *qui non nefas eſſe putaret*. quod huic loco eſt convenientius & gravius, quamvis edita redeant eodem, quæ comprobat Erfurtenſis. *Grævius.*

In Campo] Martio, ubi centuriata comitia habebantur: & lex de Cicerone revocando a Lentulo Cos. lata eſt: quemadmodum in ea pro domo legimus: *Ille vero dies quis fuit, cum te P. Lentule, legem de me ferentem populus Romanus ipſe vidit, ſenſitque quantus & quanta dignitate eſſes: conſtat enim nullis unquam comitiis Campum Martium tanta celebritate, tanto ſplendore omnis generis hominum, ætatum, ordinum floruiſſe.* Hottomannus.

Illa dignitate] Hi fere Senatores erant, ejus amici, de quo in comitiis agebatur. Ergo, ut quiſque ſumma dignitate amicum habebat, ab eo iſto munere obeundo ornabatur. Itaque hac ipſa de re in Piſoniana ſic ſcribit: *Qua lex quemadmodum accepta ſit, quid me attinet dicere? ex vobis audio, nemini civi ullam quo minus adeſſet, juſtam excuſationem eſſe viſam, nullis comitiis unquam multitudinem hominum tantam, neque ſplendidiorem fuiſſe. hoc certe video quod indicant tabulæ publicæ, vos rogatores, vos diribitores, vos cuſtodes fuiſſe tabularum, & quod in honoribus veſtro-*

tate rogatores, diribitores, cuſtodeſque vidiſtis? Itaque P. Lentuli beneficio excellenti atque divino non reducti ſumus in patriam, ſicut nonnulli clariſſimi cives; ſed equis inſignibus & curru aurato reportati. Poſſum ego ſatis in Cn. Pompejum umquam gratus videri, qui non ſolum apud vos, qui omnes idem ſentiebatis, ſed etiam apud univerſum populum populi Romani ſalutem & conſervatam per me, & conjunctam eſſe cum mea dixerit? qui cauſam meam prudentibus commendarit, imperitos edocuerit, eodemque tempore improbos auctoritate ſua compreſſerit? bonos excitarit? qui populum Romanum pro me, tanquam pro fratre, aut pro parente, non ſolum hortatus ſit, verum etiam obſecrarit? qui ipſe cum propter metum dimicationis & ſanguinis domo ſe teneret, etiam a ſuperioribus tribunis petierit, ut de ſalute mea & promulgarent & referrent?

[redacted]

... etiam ut ſuos neceſſarios mi-
redderet elaboravit ? Quibus autem officiis 12
beneficia remunerabo? cujus omnis actio, ra-
:atio, totus denique tribunatus nihil aliud fuit,
ans, perpetua, fortis, invicta defenſio ſalutis
[...] de P. Sextio loquar? qui ſuam erga me
[...] & fidem non ſolum animi dolore, ſed
potius vulneribus oſtendit? Vobis vero, P.C.
ſin-

[...]] Capuam ſigni-. Cæſar in primo conſula-[...]. [...]] Cæſar de-[...] duumviros præ-[...] & Cneum [...] Piſon. *Id.*] Legendum videtur, *in-*[...], inquit, repertus eſt [...] Capuæ, ſicuti [...] Ligur, qui Senatus de-[...] me, referente L. Mum-[...], intercesſit, ut in legimus, nam illum hoc [...]. *Idem.* *In qua nemo erat* [...]] Quidam legi vo-[...] quibus aſſentior. quam-[...] intereſt, utro modo [...] autem Sex. Atilium Ser-[...] merium Quinctium, qui [...] ſenatuſconſulto, quo [...] ocabatur. *Lamb.* *Nemo* [...]] Habent iſtud Pal. no-[...]. non *intercesſorum*, quod

Conſignavit] Subobſcurus locus. videtur autem ſignificare Campanos in decreto, quod de Cicerone adjuvando fecerunt, legem Clodiam & privilegium appellaſſe; & tamquam violentam & crudelem notaſſe. Nam in ea pro Milone, de Pompejo loquens: *Qui cum de me*, inquit, *decretum Capua feciſſet, ipſe cuncta Italia cupienti & ejus fidem imploranti ſignum dedit, ut ad me reſtituendum Romam concurrerent.* Idem.

Princepſque] Id eſt primus. *Idem.*

Italia totius præſidium] Sic in ea pro domo: *Hic municipia coloniaſque adiit, hic Italia totius auxilium cupientis implora-vit.* Idem.

Elaboravit] Sic prim. Franc. & multi editi recte. Sic enim reſpondet præcedentibus *putavit*, *conſignavit.* quamvis & ibi, ut hic vulgati *elaborarit*, nonnulli *conſignarit*, *putarit.* Grævius.

Beneficia remunerabor?] Erfurt. *remunerabo?* Et ſic vetuſtiores edd. *Idem.*

Omnis actio, ratio] Abeſt a libris ali-

ſingulis & egi & agam gratias. univerſis egi ab initio, quantum potui: ſatis ornate agere nullo modo poſſum. Et quamquam ſunt in me praecipua merita multorum, quae non ſileri ullo modo poſſunt, tamen hujus temporis ac timoris mei non eſt, conari commemorare beneficia in me ſingulorum. nam difficile eſt, non aliquem; nefas, quemquam praeterire. Ego vos univerſos, patres conſcripti, deorum numero colere debeo. Sed ut in ipſis diis immortalibus non ſemper eoſdem, atque alias alios ſolemus & venerari, & precari: ſic in hominibus de me divinitus meritis omnis erit aetas mihi ad eorum erga me merita praedicanda atque recolenda. Hodierno autem die nominatim a me magiſtratibus ſtatui gratias eſſe agendas, & de privatis uni, qui pro ſalute mea municipia coloniaſque adiſſet, populum Romanum ſupplex obſecraſſet, ſententiam dixiſſet eam, quam vos ſecuti mihi dignitatem meam reddidiſtis. vos me florentem ſemper ornaſtis: laborantem mutatione

at. Erat alius ad portas cum imperio in multos magnoque exercitu: quem ego mihi inimicum fuiſſe

conſul] Gabinius. *Hottom.*
apitolini] De hoc ſuperius eſt
dem.
bantur] Acerbius objurga-
lem.
ur] Rei, ut in Sextiana. *Id.*
ntur] L. Lamiam ſignificat.

templorum] Significat gradus
aſtoris, quos Clodius poſtea-
illud aſcendit, ut legem per
t; evellendos tollendoſque cu-
, ſi qui ei adverſarentur, in-
templum & eum deturbare
ut ex Sextiana intelligitur &
ſonianæ verbis: *Id autem tem-*
m aditu, revulſis gradibus, a
ro reliquis armis teneretur. Pro
tus vero gradus Caſtoris convelliſti
li, tum ut auderes tibi agere li-
ines audaces ab ejus templi aditu
ipſe repuliſti. Idem.
nſules, ut me, &c.] Sic ne-
gendum eſt, non, ut vulgo,
, non enim ſignificatur, aut
alter conſul Gabinius, ſed
s, qui ambos conſules pro-
rovinciarum obligarat, ut Ci-
inimicis proderent. Per alium
qui ad portas erat cum imperio,
m, Cæſar ſignificatur. *Lambin.*
ſules] Ant. Auguſtinus legit
& deinceps deſererent. & pra-

præmiorum obligarat. Forte ſcripſit Cicero: *Alterum conſulem, ut me & rempublicam non modo deſereret, ſed etiam hoſtibus reipublicæ proderet, pactionibus Clodius ſuorum præmiorum obligarat.* Nam *eos* quo referas, quamcumque lectionem amplecteris, non habebis. Nam ſi legas cum Hottomanno & Auguſtino *conſules*, delendum eſt *eos*. Dicendum enim erat, Alter conſules pactionibus obligarat. Sin vero legas, *Alter conſul*, qui ſint, quos pactionibus obligarit non invenies. Quamvis autem utroſque Clodius obligarit conſules, quia tamen in præcedente *ἀφελκυστῷ* dixerat, alterum conſulem gradus clivi Capitolini demolitum eſſe, ne equites poſſent ejus inſtitutum inhibere, in hac addit, alterum conſulem pactionibus Clodii inductum ſe & rempublicam prodidiſſe. *Gravius.*

Erat alius ad portas] C. Cæſarem ſignificat, qui (teſte Plutarcho) cum Galliam utramque cum imperio & exercitu obtineret, tamen non prius ad bellum profectus eſt, quam Cicero ex Italia pulſus eſſet. Clodii enim benevolentiam ſibi retinere voluit, ne ea quæ conſul contra leges & auſpicia geſſerat, a tribuno pl. reſcinderentur: ut in Piſoniana Cicero ſignificat. *Hottom.*

In multos annos] In quinquennium lege Vatinia & contra legem Semproniam

fuiſſe non dico: tacuiſſe, cum diceretur eſſe inimicus, ſcio. Duae partes eſſe in republica cum putarentur: altera me depoſcere propter inimicitias: altera timide defendere, propter ſuſpicionem caedis putabatur. Qui autem me depoſcere dicebantur, in hoc auxerunt dimicationis metum, quod numquam inficiando ſuſpicionem hominum curamque minuerunt. Quare cum viderem ſenatum ducibus orbatum, me a magiſtratibus partim oppugnatum, partim proditum, partim derelictum: ſervos ſimulatione collegiorum nominatim eſſe conſcriptos, copias omnes Catilinae paene iiſdem ducibus ad ſpem caedis & incendiorum eſſe revocatas: Equites Romanos proſcriptionis, municipia *vaſtitatis*, omnes caedis metu eſſe permotos: potui, potui, P. C. multis auctoribus fortiſſimis viris, me vi armiſque defendere: nec mihi ipſe ille animus idem meus, vobis non incognitus, defuit. ſed videbam, ſi viciſſem praeſentem adverſarium, nimium multos mihi alios eſſe

m diutius, quam ipſam rempublicam ex hac urbe
um: neque ego illa exterminata mihi remanen-
amplius putavi: & illa, ſimulatque revocata eſt,
ecum pariter revocavit. Mecum leges, mecum
tiones, mecum jura magiſtratuum, mecum ſena-
ctoritas, mecum libertas, mecum etiam frugum
tas, mecum deorum & hominum ſanctitates omnes
igiones afuerunt. Quae ſi ſemper abeſſent, ma-
ſtris fortunas lugerem, quam deſiderarem meas.
quando revocarentur, intelligebam, mihi cum
na eſſe redeundum. Cujus mei ſenſus certiſſimus
eſt hic idem, qui cuſtos capitis fuit, Cn. Plancius,
omnibus provincialibus ornamentis commodiſque
ſitis, totam ſuam quaeſturam in me ſuſtentando
aſervando collocavit. qui ſi mihi quaeſtor impe-
fuiſſet, in filii loco fuiſſet. nunc certe erit in
tis, cum fuerit quaeſtor non imperii, ſed do-
mei. Quapropter, patres conſcripti, quoniam
in

ipſam remp. ex hac urbe afuturam] ...eciſſem ſcriptum in libris ma... *ex hac urbe afuerunt*, facile con... *...urum*, perverſe a librario, pro ... eſſe ſcriptum. Nam infra qui... ...

...ctiunculam *putavi*. Gruterus. Pithoeanus conſentit Palatino nono. Dein ſtatim idem Pith. & Erfurt. correctus, *& illa ſimul ac revocata eſt, me ſecum pariter revocavit*. elegantius ſane quam vulgatum *reportavit*. Graevius.

in rempublicam ſum pariter cum republica reſtitutus, non modo in ea defendenda nihil minuam de libertate mea priſtina, ſed etiam adaugebo. Etenim, ſi eam tum defendebam, cum mihi aliquid illa debebat, quid me nunc facere oportet, cum ego illi plurimum debeo? nam quid eſt, quod animum meum frangere, aut debilitare poſſit, cujus ipſam calamitatem non modo nullius delicti, ſed etiam divinorum in rempublicam beneficiorum teſtem eſſe videatis? nam & importata eſt, quia defenderam civitatem: & mea voluntate ſuſcepta eſt, ne a me defenſa reſpublica per eundem me extremum in diſcrimen vocaretur. Pro me non, ut pro P. Popilio, nobiliſſimo homine, adoleſcentes filii, non propinquorum multitudo populum Romanum eſt deprecata, non, ut pro Q. Metello, ſummo & clariſſimo viro, ſpectata jam adoleſcentia filius: non L. & C. Metelli, conſulares, non eorum liberi, non Q. Metellus Nepos, qui tum conſulatum petebat, non Luculli, ... Scipiones, Metellorum filii, flentes ac ſordi- ... ſupplicaverunt: ſed unus frater, ... amore, ...

a & defenſor aſſiduus, ſumma virtute & pieta- Piſo, gener: qui minas inimicorum meorum: aicitias affinis mei, propinqui ſui, conſulis: qui a & Bithyniam quaeſtor pro mea ſalute neglexit. mquam ſenatus de P. Popillio decrevit, num- n hoc ordine Q. Metelli mentio facta eſt. Tri- ſunt illi rogationibus, interfectis inimicis, de- ulla auctoritate ſenatus reſtituti; cum alter eo- natui paruiſſet, alter vim caedemque fugiſſet. . quidem Marius, qui hac hominum memoria ante me conſularis, tempeſtate civili expulſus n modo a ſenatu non eſt reſtitutus: ſed reditu atum cunctum paene delevit. nulla de illis ma- rum conſenſio, nulla ad rempublicam defenden- opuli Romani convocatio, nullus Italiae motus, ecreta municipiorum & coloniarum exſtiterunt. cum me veſtra auctoritas arceſſierit, populus us revocarit, reſpublica implorarit, Italia cuncta uis humeris reportarit, non committam, P. C.

ut,

m & Bithyniam quaeſtor] Cum oconſuli, ut in Pontum & iter obveniſſet. *Hotom.*

ir ſunt illi rogationibus] Po- ptione L. Beſtiae. Haec eadem tibis in oratione pro domo.

Senatus paruiſſet] Popillius. Conſuli ſenatus mandarat, ut in eos, qui cum Ti. Graccho conſenſerant, more majorum animadverteret. Valerius lib. 4, cap. 7. *Idem.*

Vim cademque] Dictum eſt ſuperius de Numidici diceſſu. *Idem.*

ut, cum ea mihi ſint reſtituta, quae in poteſtate mea non fuerunt, ea non habeam, quae ipſe praeſtare poſſim, praeſertim cum illa amiſſa recuperarim, virtutem & fidem numquam amiſerim.

per varices. ſic enim legendum, non, unde. Plutarchus autem hac de re ita loquitur: Καὶ τοσούτῳ τὰς πόλεις χαίρειν καὶ σπουδῇ τοὺς ἀνθρώπους ἀπαντᾶν [illegible] ἄχρι, ὥς τι τὸ ῥηθὲν ὑπὸ Κικέρωνος ὕστερον ἐνδεέστερον εἶναι τῆς ἀληθείας. ἔφη γὰρ αὐτὸν [illegible] Ἰταλίαν φέρουσαν εἰς τὴν Ῥώμην εἰσεληλυθέναι. Id.

Praeſtare poſſim] Virtutem & fidem. Idem.

TIO VICESIMA NONA.

ʒVMENTVM P. MANVTII.

in patriam Cicero, Lentuli praecipue conſulis ... ſe, poſtquam in exſulium iniquiſſima lege ... erat, ſtatim habuit hanc orationem ad Ponti... nervos omnes intendit, ut domum ſuam, eadem ... & everſam, deinde, ne profana umquam ... bertati conſecratam, neque publicari, neque con... ſe oſtenderet. qua de re ſic in epiſt. I, *lib.* IV *ad* ... tacemus, & eo magis, quod de domo noſtra pontifices reſponderant: qui ſi ſuſtulerint re... ream praeclaram habebimus. *Et in* 2. *ejuſdem* ... illas datas litteras ſecuta eſt ſumma contentio ... iximus apud Pontifices I Kal. Oct. acta res eſt nobis: & ſi umquam in dicendo fuimus ali... tiam ſi numquam alias fuimus, tum profecto gnitudo vim quandam nobis dicendi dedit. ... *m de domo recuperanda laborabat, ut, cum eſſet ... ta ſcripſerit ad uxorem:* Quod de domo ſcri... de area: ego vero tum denique mihi vide... is, ſi illa nobis erit reſtituta. *Ac domum qui... utam eſſe, ſatis conſtat ex eadem ad Attic. epi... ſunt haec:* Cum pontifices decreſſent, ita,

diceret, nominatim ei rei praefectus eſſet; videri poſſe ſine religione jam partem areae mihi reſtitui; mihi facta ſtatim eſt gratulatio: nemo enim dubitat, quin domus nobis eſſet adjudicata. *Sed planiſſime in oratione de Haruſp. reſp.* Meam domum P. Lentulus conſul, M. Lucullus, Q. Metellus, M. Glabrio, M. Meſſalla, L. Lentulus Flamen Martialis, P. Galba, Q. Scipio, C. Fannius, M. Lepidus, L. Claudius rex ſacrorum, M. Scaurus, M. Craſſus, C. Curio, Sex. Caeſar, flamen Quirinalis, Q. Cornelius, P. Albinovanus, Q. Terentius, pontifices minores, cauſſa cognita, duobus locis dicta, maxima frequentia ampliſſimorum ac ſapientiſſimorum civium adſtante, omni religione, una mente omnes, liberaverunt. *Eſt autem omnis haec in ſeptem partes diſtributa oratio. Prima reſpondet Clodio, qui apud pontifices ea vituperaverat, quae per eos dies Cicero in ſenatu de republica, id eſt de Cn. Pompejo rei frumentariae praeficiendo ſenſerat. Secunda de jure publico agit, & in ea oſtenditur, legibus iis, quibus Ro-*

antum abeſt, ut ſervatum ſit, ut eam legem Cae-
vix per tres horas promulgatam tulerit. Ter-
vel ſi tribunus pl. & per auſpicia, & per leges
ſe potuerit, quod utrumque jam negatum eſt, ab
legem nominatim de capite civis indemnati ferri
demonſtrat. id enim privilegium eſt: quod ſi-
s, & XII tabulae vetant. Neque vero hoc tan-
leges, ſed illud etiam, quod de ejus capite fer-
mnibus, qui neque adeſſe ſit juſſus, neque citatus,
uſatus, legem illam Clodius tulerit: cum judicia
moderata eſſent a majoribus conſtituta, pri-
ne poena capitis cum pecuniâ conjungeretur: dein-
niſi prodicta die, quis accuſaretur: tum, ut ante
s accuſaret intermiſſa die, quam multam irroga-
dicaret: poſtremo, ut eſſet accuſatio trinum nun-
id eſt ab eo die, quo quis ad populum accuſari
16 atque legum? Hora fortaſſe ſexta diei queſtus ſum in judicio, cum C. Antonium collegam meum defenderem, quaedam de republica, quae mihi viſa ſunt ad illius miſeri cauſam pertinere. haec homines improbi ad quoſdam viros fortes longe aliter atque a me dicta erant detulerunt. Hora nona, illo ipſo die, tu es adoptatus. Si, quod in ceteris legibus trinum nundinum eſſe oportet, id in adoptione ſatis eſt trium eſſe horarum, nihil reprehendo. ſin eadem obſervanda ſunt: ſi de-

ſi decrevit ſenatus, M. Druſi legibus, quae contra legem Caeciliam & Didiam latae eſſent, populum non teneri, jam intelligis omni generi juris, quod in ſacris, quod in auſpiciis, quod in legibus ſit, te tribunum plebis non fuiſſe. Atque ego hoc totum non ſine cauſa relinquo. video enim quoſdam clariſſimos viros, principes civitatis, aliquot locis judicaſſe, te cum plebe jure agere potuiſſe: qui etiam de me ipſo, cum tua rogatione funere elatam rempublicam eſſe dicerent, tamen id funus, etſi miſerum atque acerbum fuiſſet, jure indictum eſſe dicebant. quod de me cive, ac de republica bene merito tuliſſes, funeſtum funus te indixiſſe reipublicae: quod ſalvis auſpiciis tuliſſes, jure egiſſe dicebant. Quare licebit, ut opinor, nobis eas actiones non infirmare, quibus illi actionibus conſtitutum tribunatum tuum comprobaverunt. Fueris ſane tribunus plebis tam jure, quam lege, quam fuit hic ipſe Rul-

libris, cum ſic immutata interpunctione: *Sin eadem obſervanda ſunt: ſi decrevit Senatus, M. Druſi legibus, quæ contra legem Cæciliam & Didiam latæ eſſent, populum non teneri, jam intelligis omni genere juris*, &c. *te tribunum pl. non fuiſſe.* Si trinundinum, inquit, obſervandum eſt in lege curiata ferenda ad adoptionem, ſi ſtatuit ſenatus Druſi leges non pro legibus eſſe habendas, quia contra legem Cæciliam & Didiam, quæ trinundinum in legibus ferendis ſanxerant, latæ erant, ſatis per te cognoſcis te tribunum non fuiſſe. Nam licet Druſi leges dicantur ab Aſconio latæ fuiſſe contra auſpicia, poterant tamen etiam latæ eſſe contra legem Cæciliam & Didiam, non ſervato trinundino. Delevi τελείαν ϛιγμὴν *poſt teneri*, & notam interrogationis poſt *tribunum plebis non fuiſſe*, & huic loco ſuam integritatem reſtitui. Vidi poſtea Pantagathum quoque in eadem fere fuiſſe ſententia, & conſenſu viri acuti lætatus ſum. *Gravius.*

Decrevit ſenatus] MSS. libri habent, *Judicavit ſenatus*. Lambinus.

M. Druſi legibus] M. Livius Druſus tribunus pl. multas leges tulerat. Philippus Cos. qui ei inimicus erat, obtinuit a ſenatu ut leges ejus omnes uno S. C. tollerentur. decretum eſt enim contra auſpicia eſſe latas, neque iis teneri populum. Hæc Pædianus in Cornel. Cic. de legibus II: *Quid leges non jure rogatas tollere? ut etiam decreto collegii, ut Livius conſilio Philippi Conſulis & Auguris?* Hottom.

Cæciliam & Didiam] In hac caput hoc fuiſſe apparet, ut in legibus ferendis trinundinum ſervaretur. ut Philipp. V: *Quid promulgata fuit? nonne ante lata quam ſcripta? nonne ante factam vidimus, quam futuram quiſquam eſt ſuſpicatus? ubi lex Cæcilia & Didia? ubi promulgatio trinundinum?* Idem.

Cum plebe jure agere] Quaſi tum de cœlo ſervatum non fuiſſet. *Idem.* *Iure* non habetur in primo Francii.

Tua rogatione] De me in exilium ejiciendo. *Hottom.*

Tam jure, quam lege] Adludit ad formulam adrogationis. *Idem.*

De

Rullus, vir omnibus rebus clariſſimus atque ampliſſimus: quo jure, quo more, quo exemplo legem no-
17 minatim de capite civis indemnati tuliſti? Vetant leges ſacratae, vetant XII tabulae, leges privatis hominibus irrogari. Id eſt enim privilegium. nemo umquam tulit. Nihil eſt crudelius, nihil perniciosius, nihil, quod minus haec civitas ferre poſſit. Proſcriptionis miſerrimum nomen illud, & omnis acerbitas Sullani temporis quid habet, quod maxime ſit inſigne ad memoriam crudelitatis? opinor, poenam in civis Romanos nominatim ſine judicio conſtitutam. Hanc vos igitur, pontifices, judicio atque auctoritate veſtra tribuno plebis poteſtatem dabitis, ut proſcribere poſſit, quos velit? quaero enim, quid ſit aliud proſcribere. VELITIS, IVBEATIS, VT M. TVLLIVS IN CIVITATE NE SIT, BONAQVE EIVS VT MEA SINT. Ita enim fecit, etſi aliis verbis tulit. Hoc plebiſcitum eſt? haec lex? haec rogatio eſt? hoc vos

ne, niſi prodicta die, quis accuſetur: ut ter ante magiſtratus accuſet, intermiſſa die, quam multam irroget, aut judicet: quarta ſit accuſatio trinum nundinum prodicta die, qua die judicium ſit futurum: tum multa etiam ad placandum atque ad miſericordiam reis conceſſa ſunt: deinde exorabilis populus, facilis ſuffragatio pro ſalute: denique etiam ſiqua res illum diem aut auſpiciis, aut excuſatione ſuſtulit, tota cauſa judi-

Pradicta die] Videtur idem eſſe, *diem dicere*, & *diem prodicere*. Magiſtratus diem dicere dicuntur reo, cum ei certam diem præſtituunt, qua die eum ad populum accuſaturum denunciant. *Hott.* *Ne, niſi prodicta die*] Liber vetus habet, *pradicta die.* verum tamen nihil muto. *Lambinus.* *Ne, niſi prodicta die*] Victorina, *pradicta:* quod eodem redit, at enim vetus editio, & Pall. plures. *ne proindicta die.* nonus ſolum. deinde *proindicta die.* S. Vict. *ne in pradicta die.* Grut. *Prodicta* legitur in melioribus libris tam ſcriptis, quam editis. Et eſt hoc proprium in hac re verbum. vide Feſtum. *Grævius.*

Vt ante magiſtratus accuſet] Recte in aliis, *ut ter ante.* nam accuſatio trinundinum durabat: id eſt accuſator primo nundino, ſemel: altero, iterum: tertio, poſtremum. Ergo intermiſſam diem, pro intermiſſum tempus poſuit: id eſt, intermiſſis atque interpoſitis aliquot diebus. *Hottom.* *Vt ter ante magiſtratus citet*] Sic repoſui, libris omnibus invitis, in quibus legitur, *accuſet*, pro, *citet*, ratione & veritate approbante. qua ratione? qua veritate? ipſo Cicerone infra paucis poſt verſibus, *neque adeſſe juſſus, neque citatus*, &c. idem ſeptem circiter poſt paginis, *qui reus non fui, qui numquam ſum a tribuno plebis citatus.* Poſtremo, *magiſtratus* eſt *citare*, non, *accuſare.* Lambinus. *Vt ter ante magiſtratus accuſet*] Lambinus; *mag. citet*, tanquam id ratio & veritas probet. contra omnes libros; ideoque inepte. Ald. Nepos edidit: *tertio ut ante mag. accuſet.* nimis profecto licentioſe. *Gruterus.*

Quarta ſit accuſatio trinum nundinum] Cum magiſtratus reum ter accuſavit, tum rogationem per trinas nundinas promulgatam habuit, in qua crimen & pœnam criminis comprehendit, tertiis nundinis quartam accuſationem infert, ac reo cauſſam dicendi facit poteſtatem inde diem prædicit, qua die ad populum de pœna certandum eſt. C. Sigon. III de judiciis, cap. 6. quem & vide in ſequentibus capitibus.

Illum diem] Vltimum trinundini. *Hott.* *Si qua res illum diem*] Legendum fortaſſe eſt, *illam diem.* Lambinus.

Aut auſpiciis] *Auſpicia* populi judicium tollebant, ſi quis obnunciaſſet: quia ſic quoque cum populo agebatur. *Hottom.*

Aut excuſatione] Pædianus ſcribit, moris fuiſſe, ut reis ſæpe vel morbi vel alterius rei excuſatio permitteretur. ſed difficile dictu eſt hoc loco tales excuſationes intelligi, cum tantum in iſta poſtremo die momenti ſit: niſi forte de morbo ſontico plane conſtet. Erat autem etiam excuſationis genus aliud, de quo Liv. lib. III: *Cæſo Quinctius judicii die cum excuſaretur ſolum vertiſſe exſulii cauſa, nihilominus Virginio comitia habente, collegæ appellati diviſere concilium.* Id. Excuſatio Iuriſconſultis eſt, cum cauſſa affertur, per quam quis præſtare non potuit, quod præſtandum erat, ut ſi latrones, aut flumina, aut morbus ſonticus, aut alia vis major impediret, ne quis prædicto die in judicio eſſet præſto.

Tota cauſa] Id eſt, nihil eo judicio & illa tota accuſatione actum videbatur, ſi accuſatori novum de integro judicium altero trinundino inſtituendum erat. *Hottom.*

18 diciumque ſublatum eſt. Haec cum ita ſint in re, ubi crimen eſt? ubi accuſator? ubi teſtes? quid indignius, quam, qui neque adeſſe ſit juſſus, neque citatus, neque accuſatus, de ejus capite, liberis, fortunis omnibus conductos ſicarios egentes & perditos ſuffragium ferre, & eam legem putare? At, ſi hoc de me potuit, quem honos, quem dignitas, quem cauſa, quem reſpublica tuebatur, cujus denique pecunia non expetebatur, cui nihil oberat praeter converſionem ſtatus, & inclinationem communium temporum: quid tandem futurum eſt iis, quorum vita remota ab honore populari, & ab hac illuſtri gratia eſt: pecuniae autem tantae ſunt, ut eas nimium multi egentes, ſumtuoſi, nobiles concupiſcant? Date hanc tribuno plebis licentiam, & intuemini animis juventutem, & eos maxime, qui imminere jam cupiditate videntur in tribunitiam poteſtatem: collegia, medius fidius, tribunorum plebis tota reperientur, hoc jure firmato, quae coeant de

civi ſine judicio ferundum. Non tulit, ut interdicatur. quid ergo? ut interdictum ſit. O coenum, o portentum, o ſcelus! hanc tibi legem Clodius ſcripſit, ſpurciorem lingua ſua, ut interdictum ſit, cui non ſit interdictum? Sexte noſter, bona venia, quoniam jam dialecticus es, & hoc quoque liguris, quod factum non eſt, ut ſit factum, ferri ad populum, aut verbis ullis ſanciri, aut ſuffragiis confirmari poteſt? Hoc tu ſcriptore, hoc conſiliario, hoc miniſtro, omnium non bipedum ſolum, ſed etiam quadrupedum impuriſſimo rempublicam perdidiſti. neque tu eras tam excors, tamque demens, ut neſcires hunc Clodium eſſe, qui contra leges faceret: alios, qui leges ſcribere ſolerent. ſed neque eorum, neque ceterorum, in quibus eſſet aliquid modeſtiae, cujuſquam tibi poteſtas fuit: neque tu legum ſcriptoribus iiſdem potuiſti uti, quibus ceteri, neque operum architectis: ne-

Spurciorem lingua ſua] Offendi in aliquot mſſ. *ſpurciciorem*, quod antiquariis forte non diſplicebit. *Gruterus.*

Sexte noſter: bona venia: dic, quoniam d.] Verbum, *dic*, ſemper mihi ſuſpectum fuit. itaque ſic olim edideram, eo deleto, *Sexte noſter, bona venia: quoniam*, &c. hæc enim ſententia eſt, *Sexte noſter, bona venia abs te quæro:* cum tua bona gratia te interrogo: *quoniam*, &c. Sic autem loquuntur Latini, *bona tua venia dixerim*, non, *bona venia dic*, niſi fallor. Itaque retento verbo, *dic*, ſic nunc edidi: *bona venia: dic, quoniam*, &c. *Lambinus.* *Bona venia, quoniam jam dialecticus, & hoc quoque ligurris*] Ita Palatini ſex, non ut vulgata, *bona venia dic, quoniam dial. es, & hoc quoque liguris.* & vero binas illas voculas eſſe a Criticis, produnt & edd. primæ, quæ eas non habent. *Gruterus.* In primo Francii *dic* invenitur. Sed *es* non quidem extat in meis libris, & editione prima: Extat tamen in Mediol. Victor. Manut. Lambini, & non poteſt abeſſe. Nam durione illa ellipſi non utitur Tullius. Abſorptum fuit *es* a ſequente vocula *&*. Si *es* reſpuimus, abjicienda quoque eſt copula. *Grævius.*

Liguris] Deguſtas. *Ligurire* dicuntur, qui non uno ſe cibo ſatiant, ſed ex variis paululum delibant. Significatur Sex. Clodium varias diſciplinas primoribus labris deguſtaſſe. *Hottom.* Vide Manutium, qui hæc verius exponit.

Quadrupedum impuriſſimo] Et hic quoque fœditatem illius ſignificat. *Hottomannus.*

Alios, qui leges ſcribere] Sic habent libri veteres, non, ut vulg. *& alios eſſe, qui*, &c. præterea paullo poſt, ubi vulgati habent, *ſcriptoribus iiſdem.* in illis ſcriptum eſt, *ſcriptoribus iſdem*, unico *i.* & ita ſæpenumero ſcriptum reperi in veteribus libris: quod ſemel dixiſſe ſatis ſit, ne toties idem ſit iterandum, hac autem de re Cicero ſcripſit in oratore perf. *Lambinus.*

Neque operum architectis] *Architectum* habet vetus liber, quod magis placet. *F. Urſinus.*

neque pontificem adhibere quem velles: poſtremo ne in praedae quidem ſocietate mancipem, aut praedae ſocium, extra tuorum gladiatorum numerum: aut denique ſuffragii latorem in iſta tua proſcriptione quemquam, niſi furem ac ſicarium reperire potuiſti.
19 Itaque cum tu florens ac potens per medium cohortis popularis volitares, amici illi tui, te uno amico tecti & beati, qui ſe populo commiſerant, ita repellebantur, ut etiam Palatinam tuam perderent. qui in judicium venerant, ſive accuſatores erant, ſive rei, te deprecante damnabantur. denique etiam ille novitius Ligur, venalis adſcriptor, & ſubſcriptor tuus, cum *M. Pa-*

In præda quidem ſocietate] Non adhibere potuiſti in prædæ ſocietate prædæ ſocium abſurde dicitur, non equidem ore Tulliano. Pro *ſocietate* ſcribendum cenſeo *ſectione*, quod & Pithœo in mentem veniſſe deprehendo. Cum bona mea diriperes, nullum potuiſti inveni-

vera. nam Pall. & S. Victor. *per medium ſcortum populare volitares*. quod admiſit Lambinus, ſed præterea recepit illud *ſorum*, præter ullos libros. nam & editi vetuſte, *per medium ſortitum popularem vol.* Gruterus. Dreſd. *per medium ſortiis*, ſed vera lectio eſt ſervata in Francii

M. Papirii, ſui fratris, eſſet teſtamento & judicio improbatus, mortem ejus ſe velle perſequi dixit, nomen Sexti Propertii detulit. accuſare alienae damnationis ſceleriſque ſocios propter calumniae metum non eſt auſus. De hac igitur lege dicimus, quae jure rogata videatur? cujus quam quiſque partem tetigit digito, voce, praeda, ſuffragio, quocumque venit, repudiatus convictuſque diſceſſit. Quid, ſi iis verbis ſcripta eſt iſta proſcriptio, ut ſe ipſa diſſolvat? eſt enim, quod M. Tullius falſum ſenatuſconſultum retulerit. Si igitur retulit falſum ſenatuſconſultum, tum eſt rogatio: ſi non retulit, nulla eſt. Satiſne tibi videtur a ſenatu judicatum, me non modo non ementitum eſſe auctoritatem ejus ordinis, ſed etiam unum poſt urbem conditam diligentiſſime ſenatui paruiſſe? Quot modis doceo, legem iſtam, quam vocas, non eſſe legem? Quid, ſi etiam pluribus de rebus uno ſortitu retuliſti? tamenne arbitraris, id, quod M. Druſus in legibus ſuis pleriſque, bonus ille vir, M. Scaurus, & L. Craſſus con-

Judicio improbatus] Non ſubſtitutus heres, exheredatus inter cæteros. Pro hoc habetur fratribus præſertim, cum propoſiti in teſtamentis fuiſſent. *Hottomannus.*

Alienæ damnationis ſceleriſque ſocios] Significat illum cædis fraternæ conſcium & participem fuiſſe. *Idem.*

Vt ſe ipſa diſſolvat] Ipſo jure nulla ſit. non aliunde reſcindatur, ſed in ipſa vitium inſit. *Idem.*

Eſt enim, quod M. Tullius falſum S. C. retulerit] Franc. & ed. prima: *Etenim, quod M. Tullius falſum ſenatuſconſultum retulit.* In Dreſd. eſt etiam *retulit.*

Satiſne tibi videtur] Puto quædam deeſſe, ex quibus iſtud quod jam infert, conſequebatur. Fortaſſe autem hoc deeſt, *recita S. C.* quod quia notis ſcriptum erat, effluxit. *Hottom.*

Vno ſortitu] Contra legem Cæciliam Didiam, ne una rogatione diverſis de rebus ad populum ferretur. *Idem.*

Bonus ille vir, M. Scaurus] Quidam libri veteres habent, *in bonis ille vir.* locus ſuſpectus. legendum forte magnus ille vir. *Lambinus.* *M. Druſus in legibus ſuis pleriſque, bonus ille vir M. Scaurus, & L. Craſſus conſularis non obtinuerint*] Examinet quæſo critica natio ſcripturam hanc. Pal. pr. & ſec. *tuis pleriſque in bonis ille vir M. Scauro, & L. Craſſo Coſſ. non obtinuerit.* ſenſus ſane inde reſultat egregius, reformato *tuis* in *ſuis* rejectoque *ille vir.* ut bina faciat legum genera Druſi; bona, & mala. ne in bonis quidem inquit obtinuit quæ voluit, anno quo conſul erat Scaurus, anno quo Craſſus. inſpexi obiter Faſtos; ſed nihil ſtatim ultro occurrit. ſedere ad calculos, non libuit, neque adeo licuit; flagitatus nimium ab eis, qui jamdudum prodire Ciceronem debuiſſe, clamitant. & vero dum in ejus mari naviculor; naufragium vitæ fecerunt Bongarſius, Rittershuſius, Caſaubonus, Velſerus, Freherus,

conſularis non obtinuerint, id te poſſe, omnium facinorum & ſtuprorum omnium Decumis & Clodiis auctoribus obtinere? Tuliſti de me, ne reciperer, non ut exirem: quem tu ipſe non poteras dicere non licere eſſe Romae. Quid enim diceres? damnatum? certe non. expulſum? qui licuit? ſed tamen ne id quidem eſt ſcriptum, ut exirem. poena eſt, qui receperit: quam omnes neglexerunt. ejectio nuſquam eſt. Verum ſit. quid operum publicorum exactio? quid nominis inſcriptio? tibi num aliud videtur eſſe, ac meorum bonorum direptio: praeterquam quod ne id quidem per legem Liciniam, ut ipſe tibi curationem ferres, facere potuiſti? Quid hoc ipſum, quod nunc apud pontifices agis, te meam domum conſecraſſe, te monumentum feciſſe, in meis aedibus te ſignum dedicaſſe, eaque te ex una rogatiuncula feciſſe: unum & idem videtur eſſe atque id, quod de me ipſo nominatim tuliſti? Tam hercule eſt unum, quam quod idem tu lege una tuliſti, ut Cyprius rex, cujus majores huic

ıbus ſub praecone ſubjiceretur, & exſules Byzan-
ı reducerentur. Eidem, inquit, utraque de re nego-
ı dedi. ſed quid, ſi eidem negotium dediſſes, ut in
ciſtophorum flagitaret, inde iret in Hiſpaniam: cum
na deceſſiſſet, conſulatum ei petere liceret: cum
ıs eſſet, provinciam Syriam obtineret? quoniam de
homine ſcriberes, una res eſſet? Quod ſi jam populus
ıanus de iſta re conſultus eſſet, & non omnia per ſer-
ıtroneſque geſſiſſes, nonne fieri poterat, ut populo
yprio rege placeret, de exſulibus Byzantinis diſpli-
:? Quae eſt quaſi alia vis, quae ſententia Caeciliae
& Didiae, niſi haec, ne populo neceſſe ſit in con-
:is rebus compluribus, aut id quod nolit accipere,
d quod velit repudiare? Quid ſi per vim tuliſti?
nne lex eſt? aut quidquam jure geſtum videri
poteſt,

les Byzantium] Byzantini cives
capitalium a ſuis condemnati, per
legatos reducti ſunt. *Hottom.*
m, inquit, utraque de re negotium
M. Catoni cujus nominis auctori-
nus iſtud tegebat. *Idem.*
Aſia ciſtophorum] Ciſtophorus,
Aſiaticus. Patet hæc omnia de
dici, non quo Clodius iſtis de
gem tulerit: ſed oſtendit quam
m ſit dici una de re populum ro-
nia uno de homine multæ res ro-
Idem. *Vt in Aſia ciſtophorum*
t] Ant. Auguſtinus interponit
nter verba *ciſtophorum* & *flagita-*
d facit ad elegantiam, non ad
entiam; quando enim unquam
Romanus aut ſenatus, cuiquam
atui ſive Vrbano ſive Provinciali
m dedit flagitandi quicquam?
voluerimus ſanare hunc locum,
rſus remedio opus eſt: aliud e-
bis verbum erit recipiendum,
gitaret, vel *factitaret*, vel aliud
eponendum. Paullo poſt, *Cum*
ceſſiſſet, rectiſſime *Roma* legit
guſtinus. ſed Pantagathus to-
nc locum ita legebat, *Vt in Aſia*
m exaquaret. inde iret in Hiſpa-
niam, cum Roma deceſſiſſet, &c. F. Vrſin.
Vt ciſtophorum flagitaret, hoc eſt ut juberet in vectigalibus & tributis pendendis non alia pecunia, uti Aſiaticos, quam ciſtophoris. ſic hunc locum intelligo. Ciſtophoros dictos eſſe, nummos quod ciſta myſtica fuerint inſigniti, docet ampliſſimus Cuperus obſervat. IV, 16. Æquat fere pretio ciſtophorus victoriatum Romanorum, ſeu denarii ſemiſſem, ut viri docti præceperunt. *Grævius.*

De iſta lege conſultus eſſet] Sic legendum eſſe indicant ſcripturæ veteris veſtigia: & paullo ante, *cum inde deceſſiſſet*, ubi libri vulgati habent, *cum Roma deceſſiſſet*. paullo poſt, ubi vulgati habent, *de exſulibus Byzantiis*, in antiquis ſcriptum eſt, *Byzantinis*. nihil muto tamen. Βυζάντιος enim dicitur a Græcis, qui Byzantii natus eſt. *Lambinus.*

Et non omnia per ſervos] Copulam *non* agnoſcit prim. Franc. & prim. ed. MS. Dreſd. *ne omnia per ſervos* poteſt abeſſe *&*, quod infultum fuit ab iis, qui putabant ſine hac particula non conſtare ſententiam, aut legendum eſt addita unica littera ex Dreſdenſi, *nec omnia per ſervos*, Grævius.

tabernas claudi jubebas, non vim imperitae m
nis: ſed hominum honeſtorum modeſtiam pru
que quaerebas. cum arma in aedem Caſtoris
tabas, nihil aliud, niſi uti ne quid per vim ag
machinabare. cum vero gradus Caſtoris con
removiſti: tum, ut modeſte tibi agere licere
nes audaces ab ejus templi aditu atque adſcen
liſti. cum eos, qui conventu virorum bonoru
de ſalute mea fecerant, adeſſe juſſiſti, eorumq
cationem manibus, ferro, lapidibus diſcuſſi
profecto oſtendiſti, vim tibi maxime diſplic
rum haec furioſa vis veſani tribuni plebis fac
rari frangique potuit virorum bonorum vel
vel multitudine. Quid? cum Gabinio Syria
Macedonia Piſoni, utrique infinitum imperi
gens pecunia, ut tibi omnia permitterent, t
rent, tibi manum, copias, tibi ſuos paratos cen

Gradus Caſtoris] Quos ligneos & exemtitios fuiſſe multis ex locis intelligitur. *Hotom.*

Qui in conventu virorum bonorum] MSS. & edd. vett. quas vidi, *qui conventu virorum*, hoc eſt cum conveniſſent. Amant veteres nomina hujus inflexionis, ſic adhibere omiſſis præponendi particulis. Cic. 1 de orat. 1: *Conſulatu devenimus*

Verba de ſalute mea fecer
ber *facerent*. F. Vrſinus.

Advocationem] Amicos
mitati eo venerant. *Hotom*

Tibi ſperatos centuriones]
ptum in libris manuſcriptis
dubium eſt, quin ita ſit le
rati, autem, ſu...
porro teli genus.

cunias, tibi familias compararent: te ſuis ſcele-
oncionibus ſublevarent, ſenatus auctoritatem ir-
it, equitibus Romanis mortem proſcriptionem-
initarentur: me terrerent minis: mihi caedem
icationem denuntiarent: meam domum refertam
onis per amicos ſuos complerent: proſcriptionis
ne frequentia nudarent virorum bonorum, me
io ſpoliarent: ſenatum pro me non modo pu-
ampliſſimum ordinem; ſed etiam plorare & ſup-
, mutata veſte, prohiberent: ne tum quidem
it? Quid igitur ego geſſi, aut qui timor fuit? 22
icam in me: fac me timidum eſſe natura: quid
virorum fortiſſimorum millia? quid noſtri equi-
mani? quid ſenatus? quid denique omnes boni,
a erat vis? Cur me flentes potius proſecuti ſunt,
aut increpantes retinuerunt, aut irati reliquerunt?

An

ſparus. mendoſe autem habent
g. tibi ſuos paratos, &c. Dein-
m iidem libri vet. habent, *tibi*
, tibi familiam. Lamb. *Tibi*
os centuriones, &c.] Eſt a Gem-
. Victor. & Pal. nono, fatetur-
modo ſcriptum in ſuis Lambi-
ridicule inde facit *ſparatos.* eos
uit quos ſe in Syriam eductu-
abat, aves concolores ſcili-
rus. Nihil ineptius *ſperatis*
us. An illi ſint ſperati tribuni,
ūl legit, & ſecum abducere in
m conſtituit. Si ſperati poſſunt
itiones illi ſunt, quos quis ſe
& paraturum ſperat: ſed hos
lectos non poterant præſtare
onſulis. Non interpolanda eſt
riptura, quam tuetur uterque
ditio prima. Vitium, quod
bros, in quibus legitur *ſperatos*
atum eſſe ex eo, quod librarii
litteram in *ſuos* iterarint, quæ
ſparatos, pro quo in MSS. non-
itur *patos*, quod tam *peratos*,
itos notat. *Grævius.*
domum, refertam viris bonis per
s complerent] Locus ſuſpectus.

putabam legendum, *compilarent.* & vocem, *viris*, delendam. verumtamen judicet lector. *Lambinus.* *Per amicos ſuos complerent*] *Compilarent* habet vetus liber. *F. Vrſinus.* *Per amicos ſuos complerent*] Vti fieret, quod de domo Anci, ut diſpari plane habitaretur domino; ego nihil muto, ſecutus mſſ. Pall. meliores. *Gruterus.* Dreſd. & ed. prim. *per amicos ſuos compellerent.* Forte vocula excidit, & Cicero ſcripſit: *per amicos ſuos terrore complerent.* videntur id ſuadere ſequentia. *Grævius.*

Ampliſſimum ordinem] Similem iterationem nuſquam me animadvertiſſe memini. Itaque ſi quis vetus codex reperiretur, in quo ſic legeretur, *Ampliſſimum ordinem pro me non modo*, &c. eam ſcripturam lubenter cum hac commutarem: ut vox *Senatus* ex gloſſa aſcita videatur. *Hottom.*

Quid igitur ego geſſi] *Ceſſi* Pantagathus, a quo accepit Manutius. *F. Vrſinus.*

Quid noſtri equites Romani] Haud aliter quoque S. Victor. & Pall. primores, recepta lectio, *quid? illi equi, illi equites Romani*, ridicule, & præter edd. vett. *Gruterus.*

Vt

An hoc timebam, ſi mecum ageretur more inſtitutoque majorum, ut poſſem praeſens ſuſtinere? Vtrum ſi dies dicta eſſet, judicium mihi fuit pertimeſcendum? an ſine judicio privilegium? judicium in cauſa tam turpi? ſcilicet is homo ſum, qui etiam ſi cauſa eſſet ignota, dicendo non poſſem explicare. an eam cauſam probare non poteram, cujus tanta bonitas eſt, ut ea ipſa non modo ſe, ſed etiam me abſentem per ſe probarit? an ſenatus, an ordines, an ii, qui cuncta ex Italia ad me revocandum convolaverunt, ſegniores me praeſente ad me retinendum & conſervandum fuiſſent in ea cauſa, quam ipſe jam parricida talem dicat fuiſſe, ut me ab omnibus ad meam priſtinam dignitatem expetitum atque revocatum queratur? An vero in judicio peri-

Vt ea ipſa non modo ſe, ſed etiam me abſentem probarit?] Forte: *Vt ea ipſa ſe non modo praſente me, ſed etiam abſente, per ſe probarit?* Lambinus. *Sed etiam me*

larunt, ſunt cives Romani, qui habitabant in municipiis, coloniis, præfecturis, qui per ſe non ordines conſtituebant, ſed Romæ aut equeſtri ordini,

…culi nihil fuit, privilegium pertimui, ne, mihi …ſenti ſi multa irrogaretur, nemo intercederet? Tam …s autem ego eram ab amicis, aut tam nuda reſpu… …a magiſtratibus? Quid ſi vocatae tribus eſſent, …criptionem non dicam in me, ita de ſua ſalute me… …ſed omnino in ullo civi comprobaviſſent? An, ſi …praeſens fuiſſem, veteres illae copiae conjurato… …, tuique perditi milites, atque egentes, & nova …us ſceleratiſſimorum conſulum corpori meo peper… …it? qui cum eorum omnium crudelitati ceſſiſſem, …bſens quidem luctu meo mentes illorum ſatiare po…

Quid enim vos uxor mea miſera violarat? quam 23 …viſtis, raptaviſtis, omni crudelitate laceraviſtis. … mea filia? cujus fletus aſſiduus ſordeſque lugubres …s erant jucundae, ceterorum omnium mentes ocu… …e flectebant, quid parvus filius? quem, quamdiu …, nemo niſi lacrymantem confectumque vidit: … fecerat, quod eum toties per inſidias interficere …iſtis? Quid frater meus? qui cum aliquanto poſt …m diſceſſum ex provincia veniſſet, neque ſibi vi… …lum, niſi me reſtituto, putaret, cum ejus moeror, …lor incredibilis & inauditus omnibus mortalibus …rabilis videretur: quoties ex veſtro ferro ac mani-bus

…o intercederet] Magiſtratibus mul… …rogantibus alios intercedere po… …patet ex aliis Ciceronis locis.

…a vis ſceleratiſſimorum conſulum] …, quid ſit non intelli… … Magna vis hominum ſæpe … Flor. I: & ſtatim mira … quos collegerant conſules ad vim facien-dam cum veteribus copiis conjurato-rum. Flor. II, 10: *Iam diebus, jam noctibus nova aliqua moles, nova machina, nova perditorum hominum manus* &c. *pro-dibat.* Grævius.

Cum eorum omnium crudelitati ſcelerique ceſſiſſem] *Scelerique* puto primum a vi…

bus eſt elapſus? Sed quid ego veſtram crudelitatem expromo, quam in ipſum me ac meos adhibuiſtis: qui parietibus, qui tectis, qui columnis, ac poſtibus meis horrificum quoddam & nefarium, omni imbutum odio bellum intuliſtis? non enim te arbitror, cum poſt meum diſceſſum, omnium locupletium fortunas, omnium provinciarum fructus; tetrarcharum ac regum bona ſpe & avaritia devoraſſes, argenti & ſupellectilis meae cupiditate eſſe caecatum: non exiſtimo, Campanum illum conſulem cum ſaltatore collega, cum alteri totam Achajam, Theſſaliam, Boeotiam, Graeciam, Macedoniam, omnemque barbariam, bona civium Rom. condonaſſes: alteri Syriam, Babylonem, Perſas, integerrimas pacatiſſimaſque gentes ad diripiendum tradidiſſes: illos tam cupidos liminum meorum, & columnarum, & valvarum fuiſſe. Neque porro illa manus copiaeque Catilinae caementis ac teſtis tectorum meorum ſe famem ſuam expleturas putaverunt. Sed, ut hoſtium urbes, nec omnium

[illegible] adducti, ſed odio ſolemus excipere, [illegible] propter eorum crudelitatem inflammatae [illegible]ſtrae fuerunt, cum horum etiam tectis ac ſe[illegible]dere aliquod bellum ſemper videtur: * * [illegible] latum de me; non adeſſe eram juſſus; non 24 [illegible]fueram: eram etiam tuo judicio civis incolu[illegible] domus in Palatio, villa in Tuſculano, altera ad [c]onſulem transferebatur: ſenatuſconſulta volabant:

[illegible], eventiunt, nobis ipſis [illegible]imus. Securus igitur ſum [illegible] ex quo tot bonas [illegible]. Si addice[illegible] legendum cen[illegible]ionem arri[illegible] ſic Ciceronem ſcripſiſſe [illegible]iſſimum. *Gravius.*

[illegible]] Repoſui quod erat [illegible], & edd. vett. Vulgata *exci*[illegible] *[illegible]ſcindere.* Gruterus.

[aliq]uod bellum ſemper videtur] [Ni] fallor, [illegible], quæ [illegible], id eſt, priori parti [illegible] quæ [illegible] talem [ſe]ntentiam complectatur. ſic [illegible] in me crudele, & imma[illegible] meam domum profudi[illegible]. *Reſidere aliquando bellum* [illegible]] Vnde profectum eſt iſtud Gruterianam? Quomodo eadem re eodem tempore *[aliqu]ando & ſemper.* Atqui omnes & editi *aliquod* ſcribunt [illegible].

[illegible] *[illegible]*] Sic diſtinguen[illegible] [illegible] ex S. Victoris, in quo [illegible]od ab aliis male mutatum in [illegible]modo edd. vett. & mſſ. [illegible]ores enim, *non citatus* [illegible].

[illegible] alterum conſulem transfereba[illegible] ſive culpa, ſive errore [illegible] & mutilum redintegra[illegible] habita in ſenatu poſt redi[illegible] poſita ſunt, *uno eodemque* [illegible] *diripiebatur, ardebat.* [illegible] *conſulem de palatio: de* [illegible] *item vicinum alterum conſu*[illegible]. nam in libris vulgatis ſic legitur, *villa in Tuſculano altera ad alterum conſulem transferebatur: ſen.* Licet etiam ſic reſtituere, *cum domus in palatio ad alterum, villa in Tuſculano ad alterum conſulem transferebatur.* Lamb.

Senatum conſules vetabant] Hoc quid ſit, non intelligo: niſi verbum *haberi*, aut ſubaudiendum ſit, aut potius adhibendum. *Hottom.* *Senatum conſules pro me deprecari edictis, atque imperio vetabant*] Cum ita ſcriptum olim reperiſſem in codicibus manuſcr. *ſenatus conſules vocabant:* videremque hic aliquid deeſſe, ſic enim vulgo legitur, *ſenatum conſules vetabant,* nihil me temere facturum exiſtimavi, ſi hunc locum ex ipſo Cicerone ſublevissem. itaque feci. ſupplevi autem ex princip. orat. de Haruſp. reſp. ubi hæc leguntur: *cumque ad conſulare off. ipſ. inſign. ill. imp. ad meam ſalutem non ſolum auct. ſed etiam pr. veſtr. voc.* Itaque ſic olim edideram: *ſenatus conſules ad meam ſalutem non ſolum auctoritate, verum etiam precibus vocabat.* Quod ſi quis malit ſequi libros vulgatos, qui ſic habent, *ſenatum conſules vetebant,* ut diximus, licebit item probabilem ſententiam exprimere, paucis additis ex loco huic ſimillimo, qui eſt novem circiter poſt paginis hac eadem oratione, ibi, *qui pro me patres conſcriptos deprecari, & populo ſupplices eſſe, edictis atque imperio vetarent.* ex illo igitur loco ſic hunc licebit legere: *ſenatum conſules pro me deprecari, edictis atque imperio vetabant.* Lamb.

Senatum conſules vetabant] *Vocabant* habet manuſcriptus liber. pro Sextio, *Senatum conſules credo vocaſſent.* F. Vrſinus.

Senatuſconſulta volabant] Exhibui quod erat in Erfurd. neque abit Pal. nonus, quam

bant: columnae marmoreae ex aedibus meis, inſpectante populo Romano, ad ſocerum conſulis portabantur: in fundum autem vicini conſulis non inſtrumentum, aut ornamenta villae, ſed etiam arbores transferebantur: cum ipſa villa non praedae cupiditate, quid enim erat praedae? ſed odio & crudelitate funditus everteretur. Domus ardebat in palatio non fortuito, ſed oblato incendio. Conſules epulabantur, & in conjuratorum gratulatione verſabantur, cum alter ſe Catilinae delicias, alter Cethegi conſobrinum fuiſſe diceret. Hanc ego vim, pontifices, hoc ſcelus, hunc furorem meo corpore oppoſito, ab bonorum omnium cervicibus depuli, omnemque impetum diſcordiarum, omnem diu collectam vim improborum, quae inveterata, compreſſo odio atque tacito, jam erumpebat, nacta tam audaces duces, excepi meo corpore. in me uno conſulares faces jactae manibus tribunitiis: in me omnia, quae ego quondam retuderam, conjurationis nefaria [redacted]

tatiſſimum erat, una cum republica concidiſſem. im vivo ſenatu populoque Romano celerem mima cum dignitate reditum: nec intelligebam atius poſſe, ut mihi non liceret eſſe in ea repuquam ipſe ſervaſſem. quod ſi non liceret: au- & legeram, clariſſimos noſtrae civitatis viros edios hoſtes ad perſpicuum mortem pro ſalute is injeciſſe. ego pro ſalute reipublicae univeritarem? hoc meliore conditione, quam Decii, li ne auditores quidem ſuae gloriae, ego etiam or meae laudis eſſe potuiſſem. Itaque infractus nus inanes faciebat impetus. omnem enim vim n ſceleratorum acerbitas mei caſus exceperat. t in tam immani injuria, tantiſque ruinis novae ati locus. Cato fuerat proximus. quid ageres? it, ut qui modus moribus fuerat, idem eſſet in-

s noſtros] Vtrumque Decium.

m hoc meliore conditione eſſe ?] Diſtinctio a me eſt. Lamſe expediit ſine mutatione *m.* Diſtinctionem Gruteri, ſed illam quam Francii lires editiones retinent. *Dubimeliore conditione, quam Decii,* l. ed. prima, & ceteræ omnes tionem: *Dubitarem? hoc meus quam Decius, quod ille ne em ſua gloria, ego etiam ſpelaudis eſſe potuiſſem.* Spero ſcripturæ auctores eſſe vetuos, præſertim cum nihil de n varietate moneat Grutee nihil muto, niſi quod priinctionem reſtituerim, & τὸ tim, quod in nullo eſt vetuſententia, cum abeſt, venuo judicio. *Grævius.*

fractus furor tuus inanes facie-] Sic Pall. omn. ſententia non a. ſed cum in veterrima ex*uror tuus immanis, faciebat ipſe* mabat id Guilielmius in, *faimpetus.* Gruterus.

Cato fuerat proximus] Adhæſimus mſſ. noſtris Pall. quibus paria fere faciebant vetuſtius cuſa exemplaria, Lambinus multa admiſcuit quorum nihil exſtat in noſtris. ſed & Henrici Stephani mſ. mihi hic nimium quam ſuſpectus eſt. *Idem.*

Vt qui modus moribus fuerat, idem eſſet injuria] Vetus liber: *Quid ageres, non erat: niſi ut qui mihi dux in omnibus meis rebus fuerat, ſocius idem eſſet injuria, quid? ejicere poſſes? non, quid ergo? extrudere ad Cypriam pecuniam? præda perierit. alia non deerit. hic modo amandatus ſit.* Hottom. *Quod ageres, non erat, niſi, ut, qui mihi dux omnibus in rebus fuerat, idem eſſet injuria ſocius, &c.*] Errici Stephani fidem ſecutus, qui hunc locum ita ſcriptum eſſe in veteri codice teſtatur, ſic edendum curavi. Ego autem, ante quam hanc emendationem vidiſſem, hunc eundem locum ſic purgare conabar: *Cato mihi in conſiliis capiendis, rebuſque gerendis fuerat proximus. quid ageres? non erat ut, qui modus omnium moribus fuerat, idem tibi eſſet adjutor injuria. non erat, ut,* id eſt, non poterat fieri, ut. Sed quid conjecturas comme-

ſemper fuiſſe, me expulſo, Catone amandato
ipſum ſe convertit, quo auctore, quo adjutore
cionibus, ea, quae gerebat, omnia, quaeque
ſe feciſſe & facere dicebat. Cn. Pompejum
omnium judicio longe principem eſſe civium
diutius furori ſuo veniam daturum non
qui ex ejus cuſtodia per inſidias regis
ſtem captivum ſurripuiſſet, & ea injuria
mum laceſſiſſet: ſperavit iiſdem ſe copiis
confligere, quibuſcum ego noluiſſem boni
culo dimicare: & primo quidem, adjutoribu
bus: poſtea fregit foedus Gabinius: Piſo tam
manſit. Quas iſte tum caedes, quas lapidatio
fugas fecerit: quam facile ferro, quotidianiſqu

morare, aut proferre, attinet, ubi exſtat librorum antiquorum auctoritas? *Lambinus.* Si in meis codicibus, aut Gruterus & Guilielmius in ſuis reperiſſent, quæ in antiquo codice legi teſtantur Hotromannus, & Stephanus, nullus dubitarem illa recipere. ſed nunc omnes refragantur. Quamvis vero vulgata ſint mendoſa, non auſim tamen ſine meliorum librorum ſubſidio quicquam refingere. *Grævius.*

Sic M. Cato invifus] Fortaſſe legendum eſt, *invitus.* nam hoc, *invifus*, niſi addatur, *perditis hominibus*, aut aliquid ſimile, non placet. *Lambinus.*

Ejiciuntur duo] Cato &

Quo auctore] Sic multi
ſertim in Sextiana: *omni*
bus illa furia clamabat,
contra ſalutem meam facere
pejo. Idem.

Se feciſſe & facere] Pal.
liber (ſic & prim. Franc.)
cit inde Guilielmius *ſe*
cere. Gruterus.

Cn. Pompejum, quate
cio, &c. veniam daturum
Non male Francii, &
Pompejus, quem omnium ju

ſitmiſſimo robore copiarum ſuarum relictus
'ompejum foro curiaque privarit, domum-
rit vidiſtis. ex quo judicare potuiſtis, quan-
ıerit oriens & congregata, cum haec Cn.
terruerit jam diſtracta & exſtincta. Hoc 26
ıtentia dicenda Kalendis Ianuariis vir pru-
, & cum reipublicae, tum mihi, tum etiam
ciſſimus, L. Cotta, qui legem de meo re-
ım non cenſuit: qui me conſuluiſſe reipu-
iſſe tempeſtati, amiciorem vobis ceteriſque
m mihi ac meis exſtitiſſe: vi, armis, diſſen-
ıum ad caedem inſtituta, novoque domina-
:ſſe dixit: nihil de meo capite potuiſſe fer-
ſe inſcriptum, aut poſſe valere: omnia con-
oreſque majorum temere, turbulente, per
ırorem eſſe geſta. quod ſi illa lex eſſet, nec
enatum conſules, nec ſententiam ſibi dicere
ɪrum utrumque cum fieret, non oportere,
ex ferretur, decerni: ne illa, quae nulla eſ-
x judicaretur. Sententia gravior, verior,
me-

iecerit vidiſtis] *Incluſus quamdiu inimicus meus* ɛxt. *Hottom.*

e poteſtis] Videtur me-ıo, *potuiſtis.* F. Vrſinus. ɪmat prim. Franc. & e-quibus cum Vrſino ſub-

*ı fuerit oriens & congre-*ɪna: *quanta vis illa fuerit* ɪ, quod cum ſine dubio le illa eſt expreſſa, ſit ı eſt contemnendum. ıinus trito ſuppoſuerunt ſive ſcioli pervulgatum ııtem *aggregata*, con-ɪatil. *Si ſecum ſuos edu-ı ceteros undique collectos* ɪverit. Alibi Cicero quo-ɪitur. Non tamen alio-ɪipturam damno. *Idem.*

Dicenda Kal. Ianuariis] Pal. nonus & Erfurd. *dicenda* III *Kal. Ianuar.* & verum videtur. *Gruterus.*

Nihil eſſe inſcriptum] Hoc quid ſit, non intelligo: niſi forte *jure ſcriptum* potius legendum ſit, ut in Sextian. ubi hac ipſa de re loquens: *Ita de me*, inquit, *ſcripſiſſe illum quæ ſcripſerat, iis verbis, rebus, ſententiis, ut etiam ſi jure eſſet rogatum, tamen vim habere non poſſet.* Hott. *Nihil eſſe inſcriptum*] *Iure ſcitum* Pantagathus. Infra dixit, *jure actum.* F. Vrſin. *Nihil eſſe inſcriptum, &c.*] Potior forſan ſcriptura Pal. noni & Erfurd. *proſcriptum.* nam Lambiniani *jure ſcriptum*, non eſt a libris. *Gruterus.*

Nec referre ad ſenatum] Nam quoddam legis caput Clodius in curiæ poſte fixerat, ne referri neve dici liceret. ad Attic. III, epiſt. xv. & in ea poſt redit. in ſenatu. *Hottom.*

melior, utilior, reipublicae nulla eſſe potuit. hominis enim ſcelere & furore notato, ſimilis a republica labes in poſterum demovebatur. Neque hoc Cn. Pompejus, qui ornatiſſimam de me ſententiam dixit, voſque, pontifices, qui me veſtris ſententiis auctoritatibuſque defendiſtis, non vidiſtis, illam eſſe nullam, atque eſſe potius flammam temporis, interdictum ſceleris, vocem furoris: ſed proſpexiſtis, nequa popularis in vos aliquando invidia redundaret, ſi ſine populi judicio reſtituti videremur. eodemque conſilio, M. Bibuli, fortiſſimi viri, ſenatus ſententiam ſecutus eſt, ut vos de mea domo ſtatueretis: non quod dubitaret, quin ab iſto nihil legibus, nihil religionibus, nihil jure eſſet actum: ſed nequis oriretur aliquando in tanta ubertate improborum, qui in meis aedibus aliquam religionem reſidere diceret. nam legem quidem iſtam, nullam eſſe, quotieſcumque de me ſenatus ſententiam dixit, toties judicavit: quoniam quidem ſcripto illo iſtius ſenten-

neque privatus, neque conſul legem eſſe umquam ti. nam tribunis plebis referentibus ſententiam de eſignatus conſul ſaepe dixiſti. Ex Kalendis Ianua- quoad perfecta res eſt, de me retuliſti, legem ulgaſti, tuliſti: quorum tibi, ſi eſſet illa lex, ni- ceret. At etiam Q. Metellus, collega tuus, vir imus, quam legem eſſe homines alieniſſimi a odio judicarant Piſo & Gabinius, eam nullam eſſe P. Clodii, cum de me ad ſenatum tecum una t, judicavit. Sed iſti, qui Clodii leges timue- quemadmodum ceteras obſervarunt? Senatus qui- , cujus eſt graviſſimum judicium de jure legum, eſcumque de me conſultus eſt, toties eam nullam udicavit. quod idem tu, Lentule, vidiſti in ea le- quam de me tuliſti. nam non eſt ita latum, ut mi- omam venire liceret, ſed ut venirem. Non enim ſti, id, quod licebat, ferre, ut liceret: ſed me ita in republica, magis ut arceſſitus imperio populi ani viderer, quam ad adminiſtrandam civitatem utus. Hunc tu etiam, portentoſa peſtis, exſulem llare auſus es, cum tantis ſceleribus eſſes notatus, nnem locum, quo adiſſes, exſilii ſimillimum red- ? quid eſt enim exſul? ipſum per ſe nomen ca- atis, non turpitudinis. Quando igitur eſt turpe? ra quando eſt poena peccati: opinione autem ho- m, etiam ſi eſt poena damnati. Vtrum igitur pec- meo exſulis nomen ſubeo, an re judicata? Pec- ? Iam neque tu id dicere audes, quem iſti ſatellites tui

unis plebis] Poſt IV Id. Decembr. T. Annius, P. Sextius, & alii tum inierunt. *Hottom.*

tu etiam, pernicioſa peſtis] Libri habent, *portentoſa peſtis*. Lamb.

u etiam, pernicioſa peſtis] Liber riptus habet *portentoſa*, pro *per-* F. Vrſinus. Prim. Franc. *porten-* ed Dreſd. & ed. prim. *portentoſa*.

Cum tantis ſceleribus eſſes & factis notatus] Quid hic *facta* poſt *ſcelera*? Merito iſta verba *& factis* ignorant Franç. Dreſd. editio prima: quorum ſubſidio illa minime huc apta delevi. *Græv.*

Ipſum per ſe nomen calamitatis, non turpitudinis] Vide Senecæ Conſolationem ad Helviam matrem cap. 6. & ſequentia.

tui felicem Catilinam nominant, neque quiſquam eorum, qui ſolebant. non modo jam nemo eſt tam imperitus, qui ea, quae geſſi in conſulatu, peccata eſſe dicat: ſed nemo eſt tam inimicus patriae, qui non meis
28 conſiliis patriam conſervatam eſſe fateatur. Quod enim eſt in terris commune tantum tantulumve conſilium, quod non de meis rebus geſtis ea, quae mihi eſſent optatiſſima & pulcherrima, judicarit? Summum eſt populi Romani populorumque & gentium omnium ac regum conſilium ſenatus. Decrevit, ut omnes, qui rempublicam ſalvam eſſe vellent, ad me unum defendendum venirent: oſtenditque, nec ſtare potuiſſe rempublicam, ſi ego non fuiſſem reſtitutus, nec futuram eſſe ullam, ſi non rediiſſem. Proximus eſt huic dignitati ordo equeſter. omnes omnium publicanorum ſocie-

Felicem Catilinam] Qui quod Catilina non potuit, Ciceronem ejecerit. *Hott.*
Neque quiſquam eorum qui ſolebant]

tutur, abeſt a libris manuſcriptis. Et vero, ſi quis attente leget, intelliget, eam eſſe ab aliquo

de meo conſulatu, ac de meis rebus geſtis am-
atque ornatiſſima decreta fecerunt. Scribae,
iſcum in rationibus monumentiſque publicis
r, non obſcurum de meis in rempublicam be-
ſuum judicium decretumque eſſe voluerunt.
eſt in hac urbe collegium, nulli pagani, aut
, quoniam plebei quoque urbanae majores no-
enticula, & quaſi conſilia quaedam eſſe volue-
i non ampliſſime non modo de ſalute mea, ſed
: dignitate decreverint. Nam quid ego illa di-
ue immortalia municipiorum, & coloniarum,
; Italiae decreta commemorem, quibus, tan-
quam

ns Truculento: *Metuit pu-* qui redemerunt opera pu-*us.* Publicanos dictos eſſe puto ullo poſſe declarari cebantur ii publicum *condu-*ſt vectigal. Locus Plauti, Gruterus non loquitur de ſed de ædilibus plebis, ut ixi obſervarunt. Dreſdenſis vulgatis. In editione prima bitur, *populorum ſocietates.* imo: *publicorum ſocietates*, adem, atque tamen vetuſta ibus litteris adſcripſerat. um. quod reducendum du-amvis *publica* pro vectigali-, ut apud Senecam ep. 101: *a quoque, nullum relinquens nus quaeſtus, acceſſerat.* hoc licanus fuerat, & apud Ci-o in loco, tamen quis ferat ur, quod idem eſt, *publi-nes*, pro publicanorum. t ac ſi quis diceret *vini* aut pium, pro vinariorum aut m collegium. Iam vero in-is Cicero commemorat *ſo-anorum*, cur hic vocet *pu-tates?* Eſt librariorum hal-uam non debebat Gruterus *rvius.*

: ſcribis vide Sigon. de an-ivium Romanorum 11, 9. m tamen cum minus hone-ſtum eſſe putat, ex hoc loco revincitur, ubi ſtatim equeſtri ordini ſubjiciuntur.

Nulli pagani] Plebs urbana in pagos eſt a Ser. Tullio teſte Dionyſio tributa. Vnde & Q. Frater in libello de petitione: *Deinde habe oratores urbes totius, collegium omnium pagorum, vicinitatum. ex iis principes ad amicitiam tuam ſi adjunxeris, per eos reliquam multitudinem facile tenebis.* C. Sigon. 11 de jure antiquo civium cap. 7.

Aut montani] Qui illi ex plebe Romana montani, diſtincti a paganis? Romæ in montibus habitabant plerumque propter aëris ſalubritatem cives beatiores, unde dicebantur deſcendere, cum prodirent, ut alibi notavimus. populus vero degebat in plano, & vallibus, qui inter illos erant montes. Cogitabam viliores cives forte habitaſſe in Ianiculo, Vaticano, aut in Aventino, qui tum erat extra pomœrium urbis, eoſque dictos eſſe montanos, ſed qui illorum meminerit præter Tullium hoc in loco non invenio, nec ſatis cauſſæ video, cur illi præcipue commemorentur. Ampliandum itaque cenſeo. *Gravius.*

Conventicula] A Numa rege inſtituta, ut Plutarchus, Plinius & Florus teſtantur. *Hottom.* Vide de his collegiis & conventiculis opificum & artificum Sigon. de antiquo jure civium Romanorum lib. 11, cap. 12.

quam gradibus, mihi videor in caelum adſcendiſſe, non ſolum in patriam revertiſſe? Ille vero dies quis fuit, cum te, P. Lentule, legem de me ferentem populus Romanus vidit ſenſitque, quantus & quanta dignitate esſes? Conſtat enim nullis umquam comitiis, campum Martium tanta celebritate, tanto ſplendore omnis generis hominum, aetatum, ordinum floruiſſe. Omitto civitatum, nationum, provinciarum, regum, orbis denique terrarum de meis in omnes mortales meritis unum judicium, unumque conſenſum. Adventus meus atque introitus in urbem qui fuit? utrum me patria ſic accepit, ut lucem ſalutemque redditam ſibi ac reſtitutam accipere debuit? an ut crudelem tyrannum? quod vos Catilinae gregales de me dicere ſolebatis. Itaque ille unus dies, quo die me populus Romanus a porta in Capitolium, atque inde domum ſua celebritate laetitiaque comitatum honeſtavit, tantae mihi jucunditati fuit, ut tua mihi conſcelerata illa vis non modo non

ſieri, aut fingi dementius poteſt? uno enim ma-
, bis a me patriam ſervatam eſſe concedis: ſemel,
l feci, quod omnes non negent immortalitati,
poteſt, mandandum, tu ſupplicio puniendum
; iterum, cum tuum, multorumque propter te
ıatum in bonos omnes impetum meo corpore
, ne eam civitatem, quam ſervaſſem inermis, ar-
n diſcrimen adducerem. Eſto, non fuit in me
ılla peccati. at fuit judicii. Cujus? quis me um-
ulla lege interrogavit? quis poſtulavit? quis
lixit? poteſt igitur damnati poenam ſuſtinere in-
tus? hoc tribunitium eſt? hoc populare? quam-
ıbi tu te popularem, niſi cum pro populo fe-
otes dicere? Scilicet cum hoc juris a majoribus
ım ſit, ut nemo civis Romanus aut libertatem,
itatem poſſit amittere, niſi ipſe auctor factus ſit?
u ipſe potuiſti in tua cauſa diſcere. credo enim,
uam in illa adoptione legitime factum eſt nihil,
te eſſe interrogatum, auctorne eſſes, ut in te
:ejus vitae neciſque poteſtatem haberet, ut in filio.
Quaero,

non adducerem] Franc. *in diſ-
crimen. Sic *in invidiam, in odium*
noſtrum. *Gravius.*

interrogavit] *Interrogare legi-*
, expoſui in Comment. verb.
n.

nitium eſt? hoc populare eſt]
ıt videtur, legebat Pantaga-
tribunitium? hoc populare eſt?
Franc. Dreſd. & ed. prim.
ium eſt populare. forte: *hoc tri-*
& populare? Græv.

pro populo feciſti] In arcanum
t muliebri habitu ingreſſus
t. *Niſi cum pro populo feciſti*]
ı ſcripta exemplaria, tollenda
, in nullo enim noſtrorum vi-
ıntecedenti proxime quædam
ıadam delevi; ſed membra-
uctoribus. *Gruterus.*

ac juris a majoribus proditum ſit]
m, abſit verbo invidia, valde
εὐτόχως emendavi, a ſententia ipſa ad hanc conjecturam quaſi manu ductus. ſic enim lego: *Poteſt deſinere civis eſſe, cum hoc juris a majoribus*, &c. inductus autem fuit librarius in fraudem a ſimilitudine vocum, *potes dicere, poteſt deſinere.* deinde ex, *civis eſſe*, factum poſtea eſt, *ſcilicet.* ita totus locus miſerabilem in modum depravatus, nobis per manus traditus eſt. referenda autem ſunt hæc ad illa ſuperiora: *Poteſt igitur, damnati pœnam ſuſtinere indemnatus?* &c. Lamb. Hanc audacem conjecturam in contextum recepit Lambinus.

Niſi ipſe auctor factus ſit] Locum hunc in Comment. orat. pro Cæcina interpretati ſumus. *Hottom.*

Vt in filio] *Vti patri endo filio eſt:* ut in formula quam Agellius prodit lib. 5, cap. 19. *Idem.* *Poteſtatem haberet, ut in filium*] Hoc totum, *ut in filium*, alienum eſſe puto, non Ciceronis. *Lamb.*

Quaero, ſi aut negaſſes, aut tacuiſſes, ſi tamen id xxx curiae juſſiſſent, num id juſſum eſſet ratum? certe non. quid ita? quia jus a majoribus noſtris, qui non ficte & fallaciter populares, ſed vere & ſapienter fuerunt, ita comparatum eſt, ut civis Romanus libertatem nemo poſſit invitus amittere. Quinetiam ſi decemviri ſacramentum in libertatem injuſtum judicaſſent, tamen, quotieſcumque vellet quis, in hoc genere ſolo rem judicatam referre poſſe voluerunt. Civitatem vero nemo umquam ullo populi juſſu amittet invitus.
30 Qui cives Romani in colonias Latinas proficiſcebantur, fieri non poterant Latini, qui non erant auctores facti, nomenque dederant. qui erant rerum capitalium condemnati, non prius hanc civitatem amittebant, quam

xxx *Curiæ*] Curiata lex quemadmodum ferretur vide in Indice, *Lex curiata*. Hottom. In prim. Franc. ſcribitur xxx *cives*. quod non improbem. Nam loco xxx curiarum, tum xxx lictores ferant, *reſcindere poſſe voluerunt*: quam operarii, meo injuſſu, olim ſecuti ſunt. reſtituatur igitur lectio recepta, quamvis ſit obſcura, & pæne inaudita potius, quam noſtro jure quidquam immut-

:ant in eam recepti, quo vertendi, hoc eſt,
ſoli cauſa venerant. id autem ut eſſet faciun-
on ademtione civitatis, ſed tecti, & aquae &
:rdictione faciebant. Populus Romanus, L. Sul-
re ferente, comitiis centuriatis, municipiis
ı ademit: ademit iiſdem agros. de agris ratum
enim populi poteſtas, de civitate ne tamdiu
valuit, quamdiu illa Sullani temporis arma va-
Hanc vero Volaterranis, cum etiam tum eſ-
rmis, L. Sulla victor, republica recuperata,
centuriatis, civitatem eripere non potuit: ho-
Volaterrani non modo cives, ſed etiam optimi
uuntur nobiſcum ſimul hac civitate. Conſu-
ni P. Clodius, everſa republica, civitatem adi-
:uit, concilio advocato, conductis operis non
entium, ſed etiam ſervorum, Sedulio princi-
e illo die confirmat Romae non fuiſſe? Quod
t, quid te audacius, qui in ejus nomen incideris?
quid

Vide, *lex Cornelia de civita-*
:. pro Cæcin. quam nos ex-
Appianus quoque Civ. 2.
poſteaquam in ſingulis ho-
elitatem exercuiſſet. oppi-
ea aut mœnibus nudaſſe,
iſlixiſſe, aut civitatem pau-
atu datam eripuiſſe. Hinc
. in Catilinario: *Etruriam*
m cupidam conſule Cicerone
ulla dominatione agros bona-
ſerat. Hottom.
Volaterranis] Cum in libris
me offendiſſet hic locus,
legitur, *hanc vero*, &c. le-
ne facta, pro, *hanc*, *an*,
facto totum locum, faci-
n reddidi. Eſt autem argu-
ajori. Sulla non potuit Vo-
itatem adimere, &c. Clo-
i conſulari, potuit? Ad-
tem lector eſt, ubi libri
, *ſe illo die confirmavit Roma*
anuſcriptos habere, *ſe illo*
d. confirmat R. n. f. Et infra, ubi illi, *pernoctans:* hos habere *pernoctaſſe.* Lambinus.

Data domus eſt in villa publica] Quidam legi volunt, *in via publica.* Lamb. *P. Valerio data domus eſt in villa publica*] Ita ſcriptum eſt in vulgatis codicibus; & male. Ant. Auguſtinus, *in via ſacra,* propius quidem accedit, ſed non intrat domum: nam Poplicola habuit domum in ſumma Velia, quam diruit, & ædificavit in ima Velia. Quidam *via publica* legendum putant: quia vero nunquam, neque Velia, neque ulla alia via, publica dicta eſt: nec in Villa Publica, quæ in campo Martio erat, Valerio datam fuiſſe domum legimus, ſed in Vico Publico; Pantagathi conjecturam ſecutus, libenter *Vico Publico* legerim. Livius cap. 7. & verum dicunt, quod ad locum. ſed diſpiciant quæſo Critici, num non & ibidem fuerit *villa publica.* ſi fuit nihil profecto mutandum. mihi otium non eſt excutiendi antiquitates meas. *Gruterus.* Nulla eſt villa publica, niſi in campo, ſed etiā eſſet villa publica præter illam alia, quomodo tamen domus in domo ædificabitur, ut bene monuit Philippus Rubenius, politiſſimi ingenii vir, cujus rationes ſunt firmiſſimæ. En ejus verba ex Elect. 1. 7. cum locum hunc Ciceronis adſcripſiſſet, ait: ſunt hæc a ratione & veritate longe averſa. Nam quomodo domus in domo ſit? Cum ipſa Villa publica ædificium fuerit, quemadmodum in nummis videre eſt: atque adeo in campo Martio, procul ſane loco, ubi Valerios conſenſu omnium habitavit. Corrigebat Pantagathus *in vico publico.* Anton. Auguſtinus *in via ſacra.* Utrumque ἀπροσ... Neque enim de vico illo poteſt verum eſſe, qui eſt in regione ea Palatii, ſed *alte Semita*...

: at mihi in Palatio reſtituta. illi locus: at mihi parietes atque tectum. illi, quam ipſe privato ſeretur: mihi, quam publice magiſtratus omnes erent. Quae quidem ego ſi aut per me, aut ab iberem, non praedicarem apud vos, ne nimis viderer. ſed, cum ſint mihi data a vobis, cum ntentur ejus lingua, cujus antea manu everſa hi & liberis meis manibus veſtris reddidiſtis: o de meis, ſed de veſtris factis loquor: nec vene haec mea veſtrorum beneficiorum praedicain grata potius, quam arrogans videatur. Quamſi me tantis laboribus pro communi ſalute perm efferret aliquando ad gloriam in refutandis ctis improborum hominum animi quidam dolor, n ignoſceret? Vidi enim heſterno die quendam irantem, quem ajebant negare ferre me poſſe, cum ab hoc eodem impuriſſimo parricida rogajus eſſem civitatis, reſpondi, me, probantibus is, & equitibus Rom. ejus eſſe, quae carere me tuiſſet. Ille, ut opinor, ingemuit. Quid igitur derem? quaero ex eo ipſo, qui ferre me non me civem eſſe Romanum? litterate reſpondiſ-Tacuiſſem? deſertum negotium. Poteſt quisvir in rebus magnis cum invidia verſatus, ſatis r contra inimici contumeliam, ſine ſua laude dere? At ipſe non modo reſpondet quidquid , cum eſt laceſſitus: ſed etiam gaudet ſe ab amicis quid

notis in ludum Senecæ, atque [illegible], diſerte ſcribens, *Viciam* [illegible], quæ nunc *Victoria* eſt: *Viciam* reſcribamus, habemus [illegible]. Hæc mihi ſunt liquida. cum Palmerio & Rubenio, *eſt in Velia publica.* Publica do- eſt in Velia, quamvis mal- [illegible] legi cum Palmerio *publi-*, ſenatus auctoritate & po- *Grævius.*

Litterate reſpondiſſem] Scite & eleganter, ſic per εἰρωνείαν loquitur. Nihil enim in his litterati: *civis Romanus ſum*, ſed per quam ſcitum eſt, *ejus civitatis ſum, qua carere me non potuit*. Idem.

At ipſe non modo reſpondet quidquid poteſt] Significat, eum, quiſquis ſit, non ſolum eſſe malevolum, ſed etiam tardum atque hebetem, quippe cui nihil in mentem veniat, quod laceſſitus reſpondeat. *Lambinus.*

haruſpicum vocem admovete: QVOD I
LATINIENSI AVDITVS EST STREP
FREMITV. Mitto haruſpices, mitto illam
ipſis diis immortalibus, ut hominum fama
riae datam diſciplinam: nos nonne haruſpi
ſumus? EXAVDITVS IN AGRO PR
ET SVBVRBANO EST STREPITVS QVI
CONDITVS ET HORRIBILIS FREM
MORVM. Quis eſt ex gigantibus illis, quo
runt bellum diis immortalibus intuliſſe, t
qui hoc tam novo tantoque motu non magn
deos populo Romano praemonſtrare & pr
teatur? De ea re ſcriptum eſt, poſtulation

Hoc ipſo hujus gentis ac terra domeſtico nativoque ſenſu] Hac Italorum indole & ingenio de rebus humanis ſubtiliter ſentiendi & judicandi. *Gentis ac terra* eſt ἐν διὰ δυοῖν, gentis hujus terræ. *Grav.*

In agro Latinienſi] Vetus editio, S. Victor. & Pall. *Latienſi*. Gruterus. Erfurt. quoque *Latienſi*. Franc. *in agro Latinenſi*. quod valde probo. Sicut enim a *Romanus Romanenſis* non *Romanienſis*; ſic a *Latinus Latinenſis*; ſin vero *Latienſis* Cic. ſcripſit, id eſt a *Latium*. Grævius.

Poſtulationes eſſe Iovi, &c.] Suaſu Pall. omnium abjeci vocem quæ in hactenus editis, *poſtul. decretas eſſe*, &c. Gruterus.

quebatur, ſi Diis ſatiſ
expiatio, ſed non eſt po
ſit docet Varro IV de L.
Latum in eo loco dehiſſe ter
tuſconſulto ad haruſpices re
ſum, Deum Manium p
lare, civem fortiſſimum
recte legitur ex Scalige
Nam *id eſt* perperam int
le vulgo ſcribitur *eodem*
monet *poſtulionem* dici
& id veteres gloſſæ do
exponunt *poſtulatio*. Eſt
prium Etruſcorum diſ
bius IV adverſus gente

Neptuno, Telluri, diis caeleſtibus. Audio,
ı violatis expiatio debeatur: ſed hominum
:liĉta quaero. Lvdos minvs diligen-
ıtos pollvtosqve. Quos ludos? te
,entule, tui ſacerdotii ſunt thenſae, curri-
entio, ludi, libationes, epulaeque ludorum
ı, voſque pontifices, ad quos epulones Iovis
c. ſi quid eſt praetermiſſum, aut commiſ-
ınt: quorum de ſententia illa eadem reno-
inſtaurata celebrantur: qui ſunt ludi minus
facti? quanto, aut quo ſcelere polluti?
s & pro te, & pro collegis tuis, & pro pon-
llegio, nihil cujuſquam aut negligentia con-
tem-

ſed & quæ indicabant
lutum, aut quocunque
mmiſſum eſſe, propter
placandi & crimen ex-
t hoc loco Ciceronis ap-
ı, quem ex Varrone ad-
ationes enim erant, cum
uid fieri poſtularent, ad
quæ oſtenta minabantur.
e Iure Pontificio cap. 15.
s poſtulionem, ſuperis
actam. quod diſcrimen
iceronis oſtendit oratio.
um eſt inter *poſtulionem*
niſi quod illud fuerit an-
m, cujus uſus remanſit
Nam antiquorum ver-
onum retinentiſſimi e-
augures, haruſpices,
lente oratione pro do-
:orum ſollemnium ver-
o, videre licet, ne alia
ı enim hoc docet. *Grav.*
ı Diis violatis expiatio de-
, audio qui Dii irritati
t, ut id, quo violati
non quod *expiatio* ſit po-
hoc loco colligit Manu-

ua ob deliĉta quaro. Lv-
diligenter fa-
ſyllabam unam excidiſ-
ſe, aut ab ultima vocis præcedentis lit-
tera abſorptam eſſe, & Ciceronem ſibi
ipſi reſpondiſſe: Ob lvdos minvs
diligenter factos. Scio ut
vulgata poſſit defendi. *Idem.*

Thenſa, curricula] Thenſæ ſunt ſacra
vehicula, quibus Deorum ſtatuæ in Cir-
cenſi pompa circumferebantur, ut no-
tatum ad Verrinas ex Aſconio, de quibus
præ ceteris vide I. Schefferum lib. II,
cap. 24, de re vehiculari. *Curricula* ſunt,
aurigarum, bigariorum, trigariorum,
quadrigariorum currus, quibus in ludis
illis certabant. Hinc *bijuge curriculum*
apud Sueton. in Cajo: *Poſtridie quadriga-
rio habitu, curriculoque bijugi famoſorum
equorum per eum pontem commeavit.* Id.

Pracentio] Eſt tibicinum, qui in lu-
dis, cum ſacrificarent, tibiis canebant.
Hinc inferius: *Si ludius conſtitit, aut ti-
bicen repente conticuit.* Idem.

Ludorum publicorum] Vox, *publicorum*,
abeſt a libris manuſcr. aliquot. *Lambin.*
Abeſt etiam ab Erfurt. & merito.

Si quid eſt pratermiſſum, aut commiſſum, afferunt] Franc. *Si quid eſt pratermiſſum afferunt.*

Reſpondebis & pro te, & pro collegis tuis, & pro pontificum collegio] Franc. *reſpondebis pro te, pro collegis tuis & pro collegio pontifi-
cum.* Sic & editio prima, niſi quod
pro ultimo & ſcribat *etiam.*

Omnia

ἀναβάτον μεῖζον ἐνταῦθα. Sed hanc conjecturam ipſe poſt damnavit, & in poſterioribus editionibus omiſit. Deſid. Heraldus ad lib. IV Arnob. æque ut Ant. Auguſtinus emendandum judicat, *ſi tenſam non tenuit*. Sed non eſt veroſimile lectum hunc tum in Arnobio, quam in Cicerone in vocabulo noto & trito eſſe corruptum. Hæc enim ipſa fere verba Ciceronis in librum IV adverſus gentes Arnobius tranſtulit: *In cærimoniis veſtris rebuſque divinis poſtulionibus locus eſt, & piaculi dicitur contracta eſſe commiſſio, ſi per imprudentia lapſum, aut in verbo quippiam, aut ſimpuvio deerrarit, aut ſi curſu in ſollemnibus ludis, curriculiſque divinis: commiſſionem omnes ſtatim in religiones clamatis ſacras, ſi ludius conſtitit, aut tibicen repente conticuit: aut ſi patrimus ille qui vocatur puer omiſit per ignorantiam lorum, aut terram tenere non potuit*. Ad hunc ritum pertinet illud Macrobii III Sympos. 9: *Cum tellurem dicit, manibus terram tangit*. Varro de R. R. I, 2. *Hoc ter novies cantare jubet, terram tangere*, quæ loca Turnebo debentur. Iam ſi manibus terram tenuere, eſt enim hic *tenere*, quod Macrobio & Varroni *tangere*, non pedibus, ut Vrſinus conjiciebat, id factum eſt. *Grævius*.

Aut thenſam, aut lorum omiſit] Erf. & Pal. nonus, *ſi lorum amiſit*. S. Victor. *ſi lorum omiſit*. Grut. Hujus loci interpres eſt Aſconius in III Verr. *Thenſas alii a divitate dici putant, quod ante ipſa lora tenduntur, quæ gaudent manu tenere, & tangere qui eas deducunt*. Quod viri docti putant Aſconium a Virgilio accepiſſe.

pueri, qui ſingulari[…]
quod hic eſt comitaba[…]
tur tenuiſſe, ſique ſu[…]
miſiſſet id lorum, gl[…]
batur. *Grævius*.

Si ædilis verbo, aut […]
Vbi vulgati habent, […]
vit, ſine ulla litura, *li*[…]
aut ſymbolo aberravit. […]
cur rejiceremus, nulla[…]
viſa eſt. verumtamen[…]
poſſum, ſuſpicionem[…]
ex Arnobio lib. IV adve[…]
hanc lectionem quid[…]
tam, aut rectam. Ver[…]
ſunt hæc, non longe […]
dicitur contracta eſſe com[…]
prudentiæ lapſum, aut […]
aut in ſympinio deerrari[…]
Arnobii verbis ſuſpi[…]
dum, *ſympinio* potius[…]
Eſt autem, *ſympinium*[…]
quo utebantur in ſacris[…]
ces. Quamquam hanc […]
dis video a ſcriptoribus[…]
nim reperitur ſcriptum[…]
apud Arnob. alibi, *ſym*[…]
Nonium, & Iuvenal. S[…]
pulum, ut apud Plin. Fe[…]
quod poſtremum, cu[…]
ni, quod olim repoſui[…]
teribus libris a me re[…]
nunc mihi perſuadeo o[…]
eſſe, *ſympulo*, & ita […]
ptum eſſe. *Lambinus*.
[…]*ravit*] Repræſentavi […]
ni, quomodo diu eſt[…]
Lambinus, & Lipſius […]

que ſublati ſunt: ſi civitati univerſae ſcelere ejus, ai ludos ad luctum conferre voluit, exſtiterunt dies li feſti paene funeſti, dubitabimus, quos ille fremitus untiet ludos eſſe pollutos? Ac, ſi volumus ea, quae e quoque deo nobis tradita ſunt, recordari, hanc Iatrem magnam, cujus ludi violati, polluti, paene l caedem & ad funus civitatis converſi ſunt, hanc, quam, accepimus, agros, & nemora cum quodam repitu fremituque peragrare. Haec igitur vobis, 12 aec populo Romano & ſcelerum indicia oſtendit, & ericulorum ſigna patefecit. nam quid ego de illis luis loquar, quos in Palatio noſtri majores ante temlum in ipſo Matris magnae conſpectu, Megalenſibus eri celebrarique voluerunt? qui ſunt more inſtitutiste maxime caſti, ſollemnes, religioſi: quibus ludis mum ante populi conſeſſum ſenatui locum P. Africanus

ies illi feſti pene funeſti] Libri manuti habent, *dies illi pro feſtis pane funeſti* quod probo. quamquam nonnulli gi velint, *dies illi feſti pro feſtis pane* i. alii, *dies illi feſti prope funeſti.* itmus. *Feſti pene funeſti*] Legitur *pro feſtis pene funeſti* de quo Carolus anus. *Fr. Fabritius.* *Dies illi feſti funeſti*] Vetuſtior editio, *profeſti*; e ſecus Pall. plerique. nam nonus ; de quo cogitabunt acutiores. iſci Fabricii liber, ac S. Victoris unt, *pro feſtis*, vocibus diviſis. *Grut.* Fr. Fabritii liber ſic legit, ut ex nota vides, ſed ex variis lectio-, quas Carolus Stephanus ſuæ adeditioni, hanc diverſitatem pro- In Franc. ſcribitur ut in Palatinis i.

quod ego de illis] In hunc locum Aſconii commentarium in Corne- ad hæc verba Ciceronis: *P. Africa ille ſuperior, ut dicitur, non ſolum a iſſimis hominibus qui tum erant, vetiam a ſe ipſo ſæpe accuſatus eſt, quod ſul eſſet cum T. Longo, paſſus eſſet rvorum a populari conſeſſu ſenatoria ſeparari.* Fr. Fabritius.

Megaleſiis fieri] Vocem *Megaleſiis* delendam cenſeo. nam hi ludi ſunt ipſa Megaleſia. Quod autem libri vulg. habent, *Megalenſibus*, jam ante alii docuerunt, & nos quoque alibi admonuimus, hanc vocem, neque Græcam eſſe, neque Latinam, ſed barbaram, aut ſolœcam. *Lambinus.* Manutius ait recte, *Megalenſibus* eſſe Megalenſibus diebus. Sic *ludis* eſt ludorum die. Paullo poſt: *Si examen apum ludis in ſcenam veniſſet.* Sueton. Iul. 39: *Ludis Decimus Laberius eques Romanus mimum ſuum egit.* Sicut ibidem *munere*, pro *muneris die*: *Munere in foro depugnavit Furius Leptinus.* Et *Circenſibus. Circenſibus, ſpatio circi ab utraque parte producto* &c. *quadrigas* &c. *agitaverunt nobiliſſimi juvenes.* Sic & Cic. *feriis*, eſt feriarum die. de leg. *feriis jurgia amovento.* Ante Lambinum, Muretus etiam ad Terentium *Megalenſibus*, ex gloſſemate ortum eſſe putat, & expungendum. Quod vero Lambinus negat *Megalenſes* nec Græcam eſſe, nec Latinam vocem fallitur. Vide Muretum in vitam Terentii, ubi etiam refellit Goveanum, qui Megalenſes & Megaleſia diverſos eſſe ludos putavit. *Grævius.*

canus iterum conſul ille Major dedit: ut
haec lues impura pollueret: quo ſiqui liber a
di, aut etiam religionis cauſa acceſſerat, m
rebantur. quo matrona nulla adiit, propter
ſeſſumque ſervorum. Ita ludos eos, quorum
tanta eſt, ut ex ultimis terris arceſſita in hac
ſederit: qui uni ludi ne verbo quidem appel
tino, ut vocabulo ipſo & appetita religio ex
Matris magnae nomine ſuſcepta declaretur:
ſervi fecerunt, ſervi ſpectaverunt: tota deni
aedile, ſervorum Megaleſia fuerunt. Pro di
tales! qui magis nobiſcum loqui poſſetis, ſi eſſ
reminique nobiſcum? ludos publicos eſſe pollu
ficatis, ac plane dicitis. Quid magis inquinat
formatum, perverſum, conturbatum dici pote
omne ſervitium permiſſu magiſtratus liberatum
teram ſcenam immiſſum, alteri praepoſitum,
conſeſſus poteſtati ſervorum objiceretur, alt

truſcorum ſcriptis haruſpices ut a ſervitio
onerent. Quod igitur ex aliquo disjuncto
onſtro ſignificatum caveremus, id cum
ſtrum eſt, & cum in eo ipſo periculum
periculum portenditur, non pertimeſco-
odi Megaleſia fecit pater tuus? iſtiuſmo-
s mihi etiam generis ſui mentionem facit,
nis, aut Spartaci exemplo ludos facere
m Caji, aut Appii Claudiorum? Illi cum
 ſervos de cavea exire jubebant: tu in
 immiſiſti, ex altera liberos ejeciſti. ita-
 voce praeconis a liberis ſemovebantur,
 voce, ſed manu liberos a ſe ſegregabant.
dem tibi in mentem veniebat, Sibyllino 13
c ſacra majores noſtros ex veſtris libris ex-
i ſunt veſtri, quos tu impia mente con-
is oculis legis, contaminatis manibus at-
 igitur vate ſuadente quondam, defeſſa
 bello, atque ab Annibale vexata, ſacra
noſtri aſcita ex Phrygia Romae collocavo-
 is accepit, qui eſt optimus populi Romani
Scipio: faemina autem, quae matronarum
abatur, Q. Claudia: cujus priſcam illam ſe-
ificii mirifice tua ſoror exiſtimatur imitata.
r neque majores tui, conjuncti cum his
 neque ſacerdotium ipſum, quo eſt haec
tota

] Nullam hic Iro-
a verba quae ſequun-
larunt, P. Clodium
 Sibyllinis fuiſſe de
p. 19. *Fr. Fabrit.*
noſtros ex veſtris li-
gere hinc poſſumus
tum fuiſſe ſacris fa-
tem loci intelligen-
 ſcribit Strabo li-
 δ' ἐστὶν ἐμπορεῖον
 μέγιστον, ἱερὸν ἔχον
 σέβασμα μεγάλως

τυγχάνον, &c. [illegible] Ῥωμαῖοι τὸ ἱερὸν, ἀφίδρυμα αὐτόθι τῆς θεοῦ μεταπεμψάμενοι κατὰ τοὺς τῆς Σιβύλλης χρησμούς. F. Vrſinus.

Qui eſt optimus populi Romani judicatus] Sic Erfurt. Gembl, & S. Victoris, neque aliter puto Pall. in quibus omnibus *P. R.* nam editi, *optimus a populo Romano*, Gruterus.

Mirifice tua ſoror] Sic collecat voces Pal. nonus & S. Victor. qui iidem prae-terea exhibent, *mirifice*; quod & in ce-teris Pall. *Idem.* Vt & Erfurt.

te tribuno, dividere in aede Caſtoris tuis
mos ſolebant, totum illum locum fanum
ris? ſacerdotem ab ipſis aris pulvinaribuſ
ris? omina illa, quae vetuſtas, quae Perſa
quae reges omnes, qui Europam Aſiamqu
ſemper ſumma religione coluerunt, perve
denique noſtri majores tam ſancta duxerun
refertam urbem atque Italiam fanorum hab
men noſtri imperatores maximis & pericu
lis huic deae vota facerent, eaque in ipſo
illam ipſam principem aram, & in illo
perſolverent. Quod cum Dejotarus reli
ſtiſſime tueretur, quem unum habemus
rum fideliſſimum huic imperio, atque a
noſtri nominis, Brogitaro, ut ante dix
pecunia tradidiſti. Atque hunc tamen
ſaepe a ſenatu regali nomine dignum exiſt
riſſimorum imperatorum teſtimoniis ornat
regem appellari cum Brogitaro jubes. ſe

Peſſinuntem ipſum] Pro Sextio: *Lege tribunitia matris magnae Peſſinuntius ille ſacerdos expulſus eſt & ſpoliatus ſacerdotio fanumque ſanctiſſimarum atque antiquiſſimarum religionum venditum pecunia grandi* [...]

eſſe petita. Sane ego
Erfurtenſi, quamvis
cujus legate tribuno d
tui operis nummos ſoleb
Totum illum loci

o ſenatus per nos: pecunia Brogitarus per te ap-
us: alterum putabo regem, ſi habuerit. unde
ſolvat, quod ei per ſyngrapham crediſti. nam
multa regia ſunt in Dejotaro, tum illa maxime,
tibi nummum nullum dedit: quod eam partem
nae, quae congruebat cum judicio ſenatus, ut
x eſſet, non repudiavit: quod Peſſinuntem per
a te violatum, & ſacerdote ſacriſque ſpoliatum
ravit, ut in priſtina religione ſervaret: quod
ionias ab omni vetuſtate acceptas a Brogitaro
non ſinit, mavultque generum ſuum munere
quam illud fanum antiquitate religionis carere.
ut ad haec haruſpicum reſponſa redeam, ex qui-
: primum de ludis: quis eſt, qui id non totum
s ludos praedictum & reſponſum eſſe fateatur?
ur de locis ſacris, religioſis. O impudentiam 14
! de mea domo dicere audes? Committe vel
ibus, vel ſenatui, vel collegio pontificum tuam.
ea quidem his tribus omnibus judiciis, ut dixi
liberata eſt. At in iis aedibus, quas tu, Qu. Sejo,
Romano, viro optimo, per te apertiſſime in-
o, tenes, ſacellum dico fuiſſe & aras. tabulis
nſorum, memoriam multorum firmabo ac do-
agatur modo haec res; quod ex eo S. C. quod
eſt factum, referri ad vos neceſſe eſt: habeo
e locis religioſis velim dicere, cum de domo tua
: in qua tamen ita eſt inaedificatum ſacellum,
is fecerit, tibi tantummodo ſit demoliendum:
idebo, num mihi neceſſe ſit de aliis etiam ali-
quid

putabo regem ſi habuerit] Lo-
ſt integer: poteſt autem ſup-
ita legatur, *Alterum ſemper;*
putabo regem, ſi habuerit, &c.
Alterum ſemper putabo regem,
abuerit, &c. F. Vrſinus.

rex eſſet non repudiavit] Patri
ſa fuit vocula negativa; quae
deleta certe majorem Clodii contem-
ptum, quem in eo Dejotarus habebat,
declarat. *Iacob. Gronovius.*

Vt in priſtina religione ſervaret] Legen-
dum putant quidam, *ut priſtinam religio-
nem ſervaret*. Lambinus. Erfurt. *ut in
priſtinas religiones ſervares.* forte, *ut pri-
ſtinas religiones ſervares.*

ſecundum fratrem ſuum judicatam eſſe
vet me etiam in hac caritate annonae, ſ
rum, inopia frugum, religio Telluris,
quod eodem oſtento Telluri poſtulatio
Vetera fortaſſe loquimur: quamquam ſi
vili jure perſcriptum eſt, lege tamen
muni jure gentium ſancitum eſt, ut
diis immortalibus uſu capere poſſint.
antiqua negligimus: etiamne ea negli
fiunt cum maxime? quae videmus? L

Armamentarium Telluris] Multa fuerunt armamentaria Romæ. Herodian. lib. VII: Τάς τε γὰρ δημοσίας ἀποθήκας τῶν ὅπλων, εἴτινες ἦσαν πρὸς πομπὴν μᾶλλον, ἢ μάχην ἐπιτήδειοι, ἀναῤῥῆξαι τοὺς ὄχλους ἐποίησεν. Vertit Politianus: *Quippe juſſis effringi publicis armamentariis, in quibus pompa magis inſtrumenta, quam belli aſſervabantur.* hoc eſt, in quibus arma erant, quæ magis inſerviebant ſollemnibus pompis, in quibus cives armati pyrrichas ſaltabant, quam bellis. Tale etiam fuiſſe armamentarium ad Telluris ædem, in ſolo ei ſacrata ſitam. Hoc armamentarium fuit converſum in veſtibulum domus privatæ. *Gravius.*

Nuper id patuiſſe dicunt, & ego recorder] Erfurt. *Nuper id patuiſſe & ego recorder.* Commode ſane poteſt abeſſe *dicunt.* Idem.

conſentiunt nonnul
dam habent, *poſtul*
doctus probat: a
victimam ſignificar
comparatam, ut
quem, exiſtimat.
ſet apud Varronem
na, ibi, *eſſe reſpon*
poſtulionem poſtulare
poſtulionem. Sed Ad
ni fallor, *Deum* Ꝺ
poſtulare. Lambinu
deberi dicitur] Ita
ille *poſtilio.* quod
de quo videtur ip
Conjectanea libro
ling. Lat. illud *poſt*
ma manu in cod.
Guilielmius. *Grut.*
ante dictum eſt

is temporibus ipſis, maximum & ſanctiſſimum
cellum in Coeliculo ſuſtuliſſe? adſunt vicini
: multi ſunt etiam in hoc ordine, qui ſacrificia
llo ipſo in ſacello, ſtatuto loco, anniverſarii
:. Et conquirimus, dii immortales quae loca
t, quid ſignificent, de quo loquantur? A Sex.
nctiſſima ſacella ſuffoſſa, incenſa, inaedifica-
ſſa, ſumma denique turpitudine eſſe foedata
? Tu meam domum religioſam facere potui-
ua mente? quam amiſeras. qua manu? qua
s. qua voce? qua incendi juſſeras. qua lege?
in illa quidem impunitate tua ſcripſeras. quo
? quod ſtupraras. quo ſimulacro? quod ere-
meretricis ſepulcho in imperatoris monumen-
ras. Quid habet mea domus religioſi, niſi
uri & ſacrilegi parietem tangit? Itaque ne
rum imprudens introſpicere poſſit tuam do-
te ſacra illa tua facientem videre, tollam al-
m: non ut ego te deſpiciam, ſed ne tu ad-
ſpicias

ime in præſenti, hoc tem-
.dictum. vide Zinzerling.
Criticum.
| Roſcius ſcribitur *Caliolo*,
bris omnibus *Caliculo* le-
lus ſcribitur apud Varro-
Rufum & Victorem, fuit
zur, humilior Cœlio ad-
catur a Martiale XII, 18:
vide præter Marlianum,
s, inprimis Famiani Nar-
Romam II, 2. *Grav.*
) *anniverſarii factitarunt*]
ura edd. vett. & Pall. item
: cuſi, *anniverſaria*. quæ-
ea, num locum hic ha-
eat *feco*, quod video ad
riantem poni ſcripturam.

] Scribendum *Serano* uni-
veteribus denariis SARA-
ſit pro *Seranus*. F. Vrſinus.
ibus tamen antiquis legi-
tur *Serranus*, vid. Grut. LXIX, 10. *Gravius.*

Suffoſſa, incenſa, inædificata] Erfurt. & Franc. non legit *incenſa*, videtur delendum. Non enim credibile eſt incendiſſe illos ſacrilegos ſacella, quod tamen fieri quoque potuiſſe non nego, ut videantur igne fortuito conſumta eſſe. Itaque hæc tantum annotavi, ut teſtata ſit omnibus diverſitas ſcripturæ. *Idem.*

Oppreſſa] Quorum religio fuit oppreſſa, ut in profanum uſum fuerint loca, in quibus erant ſita, converſa.

Quam amiſeras] Præclare hic locus reſtitutus eſt, codicibus veteribus ducibus, atque auctoribus: cum legatur in vulgatis, *qua invaſeras.* Lamb. *Ecqua mente? quam amiſeras?*] Eſt & iſtud ex priſca lectione cuſorum ſcriptorumque, in cujus locum ſæculi poſterioris homines ſuppoſuerant, *qua invaſeras?* Grut. Erfurt. etiam *amiſeras.*

16 ſpicias urbem eam, quam delere voluiſti. Sed jam haruſpicum reliqua reſponſa videamus. ORATORES CONTRA IVS FASQVE INTERFECTOS. Quid eſt hoc? de Alexandrinis eſſe video ſermonem: quem ego non refuto. ſic enim ſentio, jus legatorum cum hominum praeſidio munitum ſit, tum etiam divino jure eſſe vallatum. Sed quaero ab illo, qui omnes judices tribunus e carcere in forum effudit, cujus arbitrio ſicae nunc omnes, atque omnia venena tractantur, qui cum Hermacho Chio ſyngraphas fecit ecquid ſciat, unum acerrimum adverſarium Hermachi, Theodoſium, legatum ad ſenatum a civitate libera miſſum, ſica percuſſum? quod non minus, quam de Alexandrinis, indignum diis immortalibus eſſe viſum certo ſcio. Nec confero nunc in te unum omnia. ſpes major eſſet ſalutis, ſi, praeter te, nemo eſſet impurus. plures ſunt. hoc & tu tibi confidis magis, & nos prope jure diffidimus. Quis Platorem ex Oreſtide, quae pars Macedoniae libera eſt,

a medicis ſuis non ad ſalutem, ſed ad necem uta-
Sed recitemus, quid ſequatur. FIDEM ET IVS- 17
ANDVM NEGLECTVM. Hoc quid ſit, per ſe
n non facile interpretor: ſed ex eo, quod ſequi-
ſuſpicor de tuorum judicum manifeſto perjurio
quibus olim erepti eſſent nummi, niſi a ſenatu
idium poſtulaſſent. quare autem de his dici ſuſpi-
haec cauſa eſt, quod ſic ſtatuo, & illud in hac ci-
: eſſe maxime illuſtre atque inſigne perjurium,
ipſum tamen in perjurii poenam ab iis, quibus-
conjuraſti, non vocari. Et video, in haruſpicum
nſis haec eſſe ſubjecta, SACRIFICIA VETV-
, OCCVLTAQVE, MINVS DILIGENTER
TA POLLVTAQVE. Haruſpices haec loquun-
an patrii penateſque dii? multi enim ſunt, cre-
n quos hujus maleficii ſuſpicio cadat. Quis prae-
unc unum? obſcure dicitur, quae ſacra polluta
quid planius, quid gravius, quid religioſius dici
ſt? VETVSTA OCCVLTAQVE. nego ulla ver-
entulum, gravem oratorem ac diſertum, ſaepius,
te accuſaret, uſurpaſſe, quam haec, quae nunc
truſcis libris in te converſa atque interpretata di-
ur. Etenim quod ſacrificium tam vetuſtum eſt,
hoc, quod a regibus aequale huic urbi accepi-
quod autem tam occultum, quam id, quod non
curioſos oculos excludit, ſed etiam errantes?
non modo improbitas, ſed ne imprudentia qui-
dem

s olim erepti eſſent nummi] Cic. . lib. I, XXXI: *Iudices fuerunt, magis, quam ſaxa commove- Catulus cum vidiſſet quen- vos* (inquit) *praeſidium a no- latis? an, ne nummi vobis eri-* ? Lambinus. *Quibus olim erepti mmi*] Hinc Catulus cum e Clo- dicibus quendam vidiſſet, *Quid uit, praeſidium a nobis poſtulabitis? nobis nummi eriperentur.* Cicero epiſt. 14, lib. I ad Atticum. vide Plutarchum in Cicero. de Lentulo Clodii accuſatore, lege hiſt. Cicero. *Franc. Fabritius.*

Hac eſſe ſubjuncta] Optime Erfurt. *hac eſt ſubjecta.* Hoc interpolarunt, qui neſcierunt, *ſubjici* pro *ſubjungi* veteribus non eſſe infrequens. Phaedrus: *Verſus ſubjecti monent.* Alia exempla parco adſcribere. *Graevius.*

dem poſſit intrare? quod quidem ſacrificium nemo ante P. Clodium omni memoria violavit, nemo umquam adiit, nemo neglexit, nemo vir adſpicere non horruit: quod fit per virgines Veſtales, fit pro populo Romano, fit in ea domo, quae eſt in imperio; fit incredibili caeremonia; fit ei deae, cujus ne nomen quidem viros ſcire fas eſt: quam iſte idcirco Bonam dicit,
18 quod in tanto ſibi ſcelere ignoverit. Non *ignovit*, mihi crede, non. niſi forte tibi ignotum putas, quod te judices dimiſerunt excuſſum & exhauſtum: ſuo judicio abſolutum, omnium condemnatum: aut quod oculos, ut opinio illius religionis eſt, *non perdidiſti*. Quis enim ante te ſacra illa vir ſciens *viderat*, ut quiſquam poenam, quae ſequeretur illud ſcelus, ſcire poſſet? An tibi luminis obeſſet caecitas plus, quam libidinis? ne id quidem ſentis, conniventes illos oculos abavi tui magis optandos fuiſſe, quam hos flagrantes ſororis? Tibi vero, ſi diligenter attenderis, intelliges hominum

iberaverunt: hominibus injuria tui ſtupri illata in
dolori non fuit: homines tibi arma alii in me,
oſt in illum invictum civem dederunt: hominum
ficia prorſus concedo tibi; ac majora non eſſe quae-
. A diis quidem immortalibus quae poteſt ho-
major eſſe poena furore atque dementia? niſi for-
tragoediis, quos vulnere ac dolore corporis cru-
ac conſumi vides, graviores deorum immorta-
iras ſubire, quam illos, qui furentes inducun-
putas. Non ſunt illi ejulatus & gemitus Phi-
tae tam miſeri, quamquam ſunt acerbi, quam
xſultatio Athamantis, & quam ſomnium matrici-
da-

viderim, deſiderantur, repo-
ſuavi. videntur autem, ſi ab-
ultum de orationis concinnitate
e. Nam, ut paullo ante dixit,
num, nocentiſſimumque lauda-
ſic nunc congruenter & conve-
, *prope confitentem pr. pec. jud. li-*
. credibile autem eſt, librarium
es omiſiſſe, dum deerat a vo-
, advocem, *propter*. Lambinus.
confitentem judicio liberarunt] Eſt
nono. neque aliter S. Victoris,
uod is *prope confitentem*, qua voce
t opus. & videtur nata a gloſſa-
i adſcripſerant *pro. pe.* volebant-
elligi *pro pecunia*. & vero editio
s habet *prope pecunia*; ex quo Cri-
beriores nobis fecerunt, *propter*
. ſed invitis mſſ. certe Pall.
quidam, *homines quippe judi-*
homines prope judicio. quod ul-
ferre poſſem. *Gruterus*. Quid
quando confeſſus eſt in illo ju-
quo pollutorum ſacrorum po-
us? Imo negabat & pernegabat
teſtatus ſe Romae tum non fuiſſe.
. Franc. & ed. prima non legitur
, in aliis omiſſum eſt *prope*.
er Victorio, qui edidit *prope con-*
. hoc eſt, tam certis & manife-
mentis convictum, ut prope co-
confiteri. *Gravius*.
inibus injuria tui ſtupri illata in
lori non fuit] Intelligit Iulium
Caeſarem, qui quamvis uxorem ſuam
propter hoc factum repudiaret, cita-
tus tamen teſtis in judicio, dixit ni-
hil ſibi compertum eſſe. vide Sueton. in
Iulio.

Tibi arma, alii in me, &c.] Trigam
verborum ultimam poſtliminio quaſi
reſtituo Ciceroni. abfuerunt auctori,
quamdiu regnum poſſedit editio Lam-
biniana. *Gruterus*.

Et quam ſomnium matricidarum] Le-
ctio ſi non minus vera; at damnata ſane
ab omni antiquiore libro edito, ab
omnibus Pall. item S. Victoris, qui pla-
ne praeferunt, *ſenium*. Idem. Si *ſomnia*
eſſet in membranis bonae fidei, aut
ſomnium matricida non eſſet reſpuendum.
Somnia enim intelligerentur illa, qui-
bus terrent manes & umbrae matrum
parricidas. Sed cur reſpuimus, quod
Erfurt. Pall. & S. Victoris oſtentat, *ſe-
nium matricidarum*. Eſt enim *ſenium*
moeſtitia, angor & cruciatus animi, quo
conficiuntur, qui nec ſe nec alios pati
poſſunt. Senec. Hippol.

Vbi vultus ille & ficta majeſtas viri, &c.

Morumque ſenium triſte & adſpectu grave.

Plaut. Trucul. II, 5:

Male quod mulier facere incepit, niſi id efficere perpetrat,

Id illi morbo, id illi ſenio eſt, ea illi miſera miſeria eſt. Graev.

darum. Tu, cum furiales in concionibus voces mit-
tis, cum domos civium evertis, cum lapidibus opti-
mos viros foro pellis, cum ardentes faces in vicinorum
tecta jactas, cum aedes ſacras inflammas, cum ſervos
concitas: cum ſacra ludoſque conturbas: cum uxo-
rem ſororemque non diſcernis: cum quod ineas cu-
bile non ſentis: cum baccharis: cum furis: tum
das eas poenas, quae ſolae ſunt hominum ſceleri a
diis immortalibus conſtitutae. Nam corporis qui-
dem noſtri infirmitas multos ſubit caſus per ſe: deni-
que ipſum corpus tenuiſſima ſaepe de cauſa conficī-
tur: deorum tela in impiorum mentibus figuntur.
quare miſerior es, cum in omnem *fraudem raperis*
19 oculis, quam ſi omnino oculos non haberes. Sed,
quoniam de iis omnibus, quae haruſpices commiſſa eſſe
dicunt, ſatis eſt dictum, videamus, quid iidem haru-
ſpices a diis jam immortalibus dicant moneri. Monent:
NE PER OPTIMATIVM DISCORDIAM DISSEN-

VNVM IMPERIVM PROVINCIAE REDEANT, EXERCITVSQVE PVLSVS DEMINVTIOQVE ACCEDAT. Haruſpicum verba ſunt haec omnia: nihil addo de meo. Quis igitur hanc optimatium diſcordiam molitur? idem iſte: nec ulla vi ingenii, aut conſilii ſui, ſed quodam errore noſtro: quem quidem ille, quod obſcurus non erat, facile perſpexit. hoc enim etiam turpius afflictatur reſpublica, quod ne ab eo quidem vexatur, ut tanquam fortis in pugna vir, acceptis a forti adverſario vulneribus adverſis honeſte cadere videatur. Ti. Gracchus convellit ſtatum civitatis. qua gravitate vir! qua eloquentia! qua dignitate! nihil ut a patris avique Africani praeſtabili inſignique virtute, praeterquam quod a ſenatu deſciverat, deflexiſſet. Secutus eſt C. Gracchus. quo ingenio! quanta vi! quanta gravitate dicendi! ut dolerent boni omnes, non illa tanta ornamenta ad meliorem mentem voluntatemque eſſe converſa. Ipſe L. Saturninus ita fuit effrenatus, & paene demens, ut auctor eſſet egregius, & ad animos imperitorum excitandos inflammandoſque perfectus. Nam quid ego de P. Sulpicio loquar? cujus tanta

[illegible]; quorum ne quidem variantes lectiones exhibere operæ videtur pretium; adeo diſcrepant. *Gruter.* Franc. [illegible] *deficiant.* Sed vulgatam, pro qua eſt quoque Erfurt. non [illegible] mutandam. Deficiantur patres au[illegible] deminuti, ſi per diſcordiam fuerit [illegible] potentia & auctoritas fracta, ut [illegible] factum eſſe toties queritur Cicero. [illegible], ut *defici viribus, annis,* [illegible], *ſtudiis*, apud Phædrum, & [illegible]. Hic XII, 8: *Tandem orare, [illegible] ſaltem ſuas paternis ſepulchris [illegible], quorum non ſtudiis deficiatur, quam* [illegible]. Grævius.

Exercituſque pulſus ad deminutionem accedat] Sic legendum, & hanc lectionem [illegible] antiquæ ſcripturæ veſtigia. [illegible] libri vulg. habent, *exercituſque pulſus ac diminutio accedat.* Lambinus.

Vt tanquam fortis in pugna vir, acceptis a forti adverſario vulneribus adverſis & honeſtis cadere videatur] Ita habent vulgati: in manuſcripto *honeſte cadere* legitur; quod magis placet: nam vulnera adverſa, quis neſcit honeſta eſſe? & adverbium ad verbum elegantius jungitur. *F. Vrſinus.* *Vulneribus adverſis cadere videatur*] Vulgata adjicit, *adverſis & honeſtis*, quod quidem eſt in nono. verum non etiam in ceteris ſcriptis editiſque, quibus adeſt ejus loco, *homines.* Gruter. Veriſſima eſt Vrſini conjectura. *Homines* quidem legitur etiam in Francii & edit. prima, corrupte pro *honeſte*, quod non erat omittendum. Sane & *honeſtis* eſt in Erfurt. in Victorii, Manutii, Lambini, C. Stephani edd. nec *homines* fruſtra eſt in antiquioribus omnibus. *Grævius.*

Pro

nunc dico, pro dii immortales, quid eſt?
quid affert, ut tanta civitas, ſi cadet, quo
obruant a viro tamen confecta videatur? q
tris mortem, primam illam aetatulam ſuam
rum locupletium libidines detulit: quorun
rantia expleta, in domeſticis eſt germanit
volutatus: deinde jam robuſtus provincia
militari dedit, atque ibi piratarum contumel
ſus, etiam Cilicum libidines Barbarorumqu
poſt, exercitu L. Luculli ſollicitato per neſ
lus, fugit illinc, Romaeque, recenti advent
propinquis ſuis decidit, ne reos faceret: a C

Pro dii immortales] Erfurt. *per Deos immortales*. Mox ab eodem codice *quid affert* abeſt. & ſtatim: *quod dii omnes obruant*, pro vulgato, *quod dii omen obruant*.

In domeſticis eſt germanitatis ſtupris volutatus] Non poteſt mihi perſuaderi, hunc locum eſſe emendatum. nam quid hoc ſibi vult, *germanitatis ſtupris?* ſcio, quid mihi dicturus ſit aliquis. cum Clodia ſorore, & ceteris ſororibus Clodium rem habuiſſe ſignificat. audio. itane vero? his verbis hanc ſententiam exprimi oportuit? quis umquam hoc modo locutus eſt? dixiſſet potius, *in domeſticis eſt cum germanis ſororibus ſtupris*, &c. conſiderent igitur hunc locum, qui ſe Ci-

Piratarum contumelias
tumelias, ὕβρεις id e
gitioſas, & contumelio
nim libidines quaedam a
humanae, & ut ita dica
Lambinus. *Atque ibi*
qui hoc ad bellum piratic
geſtum referant. Atqui S
ſulatu, quo anno D C LX
in Ciliciam profectus be
geſſit, de quo vide quae i
Oroſii annotavi. P. vero
urbis D C XXCVI. relicto L
cium in Ciliciam veniſſ
praefectum a piratis cap
ſcribit. *Fr. Fabricius*.
Fugit illinc] Erfurt. *fu*

im accepit, ut turpiſſime praevaricaretur. Inde
Murena ſe in Galliam contulit, in qua provincia
norum teſtamenta conſcripſit, pupillos necavit,
ias cum multis ſcelerum pactiones ſocietateſque
avit. unde ut rediit, quaeſtum illum maxime fae-
um uberemque campeſtrem totum ad ſe ita re-
:, ut homo popularis fraudaret improbiſſime po-
n, idemque vir clemens diviſores omnium tribuum
ipſe ſuae crudeliſſima morte mactaret. Exorta eſt
eipublicae ſacris, religionibus, auctoritati veſtrae,
iis publicis funeſta quaeſtura: in qua idem iſte deos
ineſque, pudorem, pudicitiam, ſenatus auctorita-
jus, fas, leges, judicia, violavit. Atque hic ei
is, o miſera tempora, ſtultaſque noſtras diſcordias!
odio gradus ad rempublicam, hic primus eſt aditus
pularem jactationem atque adſcenſus. Nam Ti.
cho invidia Numantini foederis, cui feriendo, quae-
C. Mancini Cos. cum eſſet, interfuerat, & in eo foe-
improbando ſenatus ſeveritas dolori & timori fuit:
ac *res* illum fortem & clarum virum a gravitate pa-
deſciſcere coegit. C. autem Gracchum mors fra-
, pietas, dolor, magnitudo animi ad expetendas
eſtici ſanguinis poenas excitavit. Saturninum, quod
nonae caritate quaeſtorem a ſua frumentaria procu-
ne ſenatus amovit, eique rei M. Scaurum praefecit,
as, dolore factum eſſe popularem. Sulpicium ab
na cauſa profectum, Cajoque Iulio conſulatum con-
tra

ac res illum fortem, &c.] S. Vi-
itaque res illum fortem. ſed me-
illuc nonus, *itaque illum for-*
tem. Gemerus. Nono ſubſcribit
...

ſua frumentaria] Errant qui pro-
, *ſua*, delendum cenſent. fue-
im hic Saturninus quaeſtor Oſtien-
& rei frumentariae praefuerat.
ll. pro Sextio: *Nec mihi res erat*
cum Saturnino, qui, quod a ſe, quaeſtore
Oſtienſi, per ignominiam ad principem &
ſenatus & civitatis, M. Scaurum, rem
frumentariam tranſlatam ſciebat, dolorem
ſuum magna contentione animi perſeque-
batur. Lambinus.

Cajoque Iulio] Sic recte emendavit
Hieron Ferrarius, cum in impreſſis le-
geretur *Cajoque Thuſcio*, emendationem
adjuvat lectio vetus, *Cajoque Tutio*; In
Bruto

deprehendiſſent : niſi ex eo loco, quo eu
non erat, ancillarum beneficio emiſſus eſſe
homine populus Romanus, reſpublica cive

Bruto recte legitur, *Contra C. Iulii illam conſulatus petitionem extraordinariam.* Vide Aſconium in orationem pro Scauro. *Fr. Fabritius.* *Cajoque Iulio conſulatum*] Sic quidem editiones neotericæ, ſed a conjectura Faërni. vett. enim & mſſ. noſtri *Tuccio*, ſive *Tutio*, aut denique *Thuſcio*. Gruterus.

Male de republica merendi] Quia patriæ ac parentibus non eſt iraſcendum : nec ulla ſatis juſta cauſſa parricidio prætexi poteſt.

A crocota] Fuit veſtis muliebris. Poëta :

Tenui ſuccincta crocota.

Illa ſunt uſi hiſtriones, cum mulieris perſonam agerent, & bacchantes. vide Salmaſ. ad Tertull. de pallio.

Mitra] Erat faſcia, qua mulieres caput tegebant. Virgilius IX Æneid. v. 616 :

Et tunicæ manicas, & habent redimicula mitræ.

Vbi Servius : *Pilea ſunt virorum, mitra fœminarum, quas calanticas dicunt.* vide eundem ad v. 215, V Æneid.

Et nunc ille Paris cum ſemiviro comitatu,

tur, & viri molles. *La*
erant, quæ Græcis dice
quibus apud Romanos u
res, non viri, quorum
calceus, qui totum t
cum ſoleæ imam cal
gerent, adſtrictæ ſuper
aut loris, ut dudum
docti. vide Cl. Salmaſiu
pallio.

Purpureiſque faſciolis
modo crura, ſed & b
fœmina tegebant. Hin
faſciolæ; *cubitalia*, *fæ*
de quibus multa erudite
Plin. Caſaub. ad Sueton.

Strophium] Recte M
lus de nuptiis Pelei & Th

Non tereti ſtrophio la
pillas.

Pſaltrio] Qui nuper u
& pſaltriæ perſonam in
erat inſtrumentum Mu
obductum, ad quod ca
vocabant *pſallere*, & mu
dulata voce canebant, f
rium feriebant, dicebant
verſabantur in gane
Terentii Adelpho

ob amentiam in diſcordiis noſtris, de quibus ipſis his
giis recentibus a diis immortalibus admonemur,
:us eſt unus ex patriciis, cui tribuno plebis fieri non
t. quod anno ante frater Metellus, & concors etiam
enatus principi Cn. Pompejo ſententiam dicenti
erat, acerrimeque una voce ac mente reſtiterat, id
iſſidium optimatium, de quo ipſo nunc monemur,
turbatum, itaque permutatum eſt, ut quod frater
ne fieret obſtiterat, quod affinis & ſodalis, clariſſi-
ir, qui illum reum non laudarat, excluſerat, id is
. efficeret in diſcordiis principum, qui illi unus ini-
imus eſſe debuerat: & eo feciſſe auctore ſe diceret,
auctoritatis neminem poſſet poenitere. Injecta eſt
:da ac luctuoſa reipubl. petita eſt auctoritas veſtra,
as ampliſſimorum ordinum, conſenſio bonorum
ım, totus denique civitatis ſtatus. haec enim certe
ıtur, cum in me, cognitorem harum omnium re-
illa flamma illorum temporum conjiciebatur. Ex-
& pro patria ſolus exarſi: ſic tamen, ut vos iiſdem
us circumſepti, me primum ictum pro vobis & fu-
em videretis. Non ſedabantur diſcordiae: ſed etiam 22
:bat in eos odium, a quibus nos defendi putabamur.
Ecce,

anno ante frater Metellus] Q. Me-
eler. Qua autem ratione Clodii
etellus dicatur, invenies in com-
o in orat. pro domo. *Fr. Fa-*

s etiam tum ſenatus principi Cn.
] Libri manuſcr. habent *ſena-
tus principi*. quam ſcripturam
probabit, intelligemus, Pom-
dici principem ſenatus, ſin reji-
incipi, conjungetur cum voce, *di-*
r ſit, *ſententiam principi dicenti:* id
mo dicenti. licebit etiam legere,
, per ſe. *Lambinus.*

etiam dicenti excluſerat] Libris
m, hoc quidem loco, reclaman-
. legendum putabam olim, *ex-*
. ſic enim Philipp. 2: *Itaque ex-
nis vocibus, & ad te, & ad prades
tuos, milites miſit.* idem ibidem: *ex-
cuſſa ſunt tua illa voces*, &c. Vbi tamen
libri vulgati habebant, *excluſis, & excluſa.*
Nunc nihil mutare ſum auſus. Neque
me tamen ſententiæ, aut conjecturæ hu-
jus pœnitet. *Idem.*

Gravitas ampliſſimorum ordinum] Erf.
gravitas ampliſſimorum hominum. Vulga-
tam tamen tuetur Ioannes Fridericus
Gronovius in notis ad Suetonii Veſpa-
nium, quas in editione mea invenies in
obſervat. ad cap. 9. Veſpaſiani. *Grav.*

A quibus nos defenſi putabamur] Hæc
lectio profecta eſt a Victorio. Edd. prim.
Mediol. Aſcenſ. Cratandri, omnes ante
Victorianam: *A quibus defendi putaba-
mur.* Franc. primus ſic quoque ſcribit,
niſi quod pro *putabamur* corrupte in illo
ſit, *putabam*. Erfurt. *a quibus nos defendi
puta-*

ut ſe quiſquam, ſi ab iſto laudatus ſit, laudat
ſed ut eos, quos non amant, ab eodem gaud
rari. Atque ego hunc non miror. quid enim

putabamus. Cur receſſerint ab antiquiorum librorum ſcriptura cauſſæ nihil video, niſi meliorum librorum auſpiciis id fecerint. Non tantum de iis loquitur, a quibus defenſus ſit, ſed & a quibus etiam nunc defendatur contra injurias Clodii. In præcedentibus verbis, *creſcebat in eos odium.* Erfurt. *creſcebat in conſules odium.* Grævius.

Eas habet conciones] Hæc quoque manarunt ex officina Victorii. Nam ante ejus editionem omnes vetuſtiores cum Francii primo: *ea facit conciones.* Sed editio prima: *ea fecit contentiones.* In Aſcenſiana ſtellula eſt appicta huic verſui, corruptionis index. In Erfurt. MS. *eas habet* non legitur. Si, quod credere lubet, Victorius, ex priſcis membranis corruptum emendavit, laudo, & applaudo. Sin, poſſes tueri priſcarum lectionem, ſi *ea* referas ad *labem*, & *facere concionem*, pro convocare populum ad concionem, facere ut conveniat populus, ut *exercitum*, *populum*, *rem facere.* De quo loquendi genere dixi ad Flori I, cap. I. Sed non recedo a vulgaris. *Idem.*

i Ea miſcet ac turbat, ut modo vendat illis] Lege: *Ut ſe modo his, modo vendat illis.* Errans librarius in voce *modo* bis a Cicerone poſita, ſemel eam duntaxat ſcripſerat, eademque opera pronomen *hu*

Manutius & Victori
uterque. libri manuſc
ditet illis; quod eade
implet ſententiam, q
eſſe, ut alios vitupera
Pantagathus legebat, *V*
modo illis. F. Urſin. I
Lambinus, *ut ſe mod*
illis. ſed præter Pall. (
jactat tamen neſcio q
tum codicem, unde
ſed quis eſt? cujus eſt,
Primo repoſui ex Fran
ea miſcet, ea turbat. D
ſinus invenit in manu
tur, *ut modo ſe vendi*
tius eſt, id reponend
ſine libris ſic legendu
ſit ſine libris in co
collocandum. Quid e
Sed *venditare ſe alicui*, e
captare, ſive oſtende
offerendo officia, vel
reri, ac ſibi devincire
cum: *Quomodo autem*
C. Nep. *Non florentib*
ſed afflictis ſemper ſucc
c. 23: *Vobis ſe capit ſtu*
ditare. Mihi itaque per
nem ſcripſiſſe, *ut modo*
illis, ut etiam Manutius

s ſapientiſſimos graviſſimoſque miror: pri-
clarum hominem atque optime de republica
puriſſimi voce hominis violari facile patiun-
quod exiſtimant, perditi hominis profligati-
is poſſe, id quod minime conducit ipſis, cu-
iam dignitatemque violari: poſtremo, quod
id, quod tamen mihi jam ſuſpicari videntur,
s ac volaticos impetus in ſe ipſos poſſe con-
que ex hac nimia nonnullorum alienatione,
n haerentia tela in republica, quae quamdiu
uno me, graviter equidem, ſed aliquanto le-
. An iſte, niſi primo ſe dediſſet iis, quorum
ani-

ientiſſimos] Bibulum, um Servilium filium, carpebatur: epiſt. 3, *Fr. Fabritius.*

umquam clarum homi- le republica ſæpe meri- d. prim. *Primum quod qui optime de republica* ni ſane illis vocibus, (quæ ultima nec in ſcenſ. & Cratandri le- e ſententiæ detrimen- *deinde ſi ſic exiſtimant. exiſtimant.* quod nec *Gravius.*

t violentos impetus] Li- abent, *ac volaticos im-* (Sic & ed. prima.) *Furentes* & *violenti im-* guntur, ſicut vis ſu- Quidam tamen libri *volaticos*, habent, id eſt, irmius interpretatur, , quos modo in hunc ciebat, bene volatici ad Atticum lib. 13, *mniam volaticum, & ſui , modo illuc.* Fr. Fabrit.

s impetus] Pall. qui- s. ſed meliores tamen *oſ. impetus.* nonus ve- *ati quos impetus.* Gui- *r ac fanaticos.* Gruter. Erfurtenſis *volaticos*, quod merito probat Franciſcus Fabritius. Hos volaticos impetus multis probat in ſequentibus, cum modo in ſenatum & optimates, ut a Pompejo gratiam ineat & Cæſar, modo in Cæſarem & Pompejum, ut optimatibus ſe venditet, Pompejum inveni oſtendit. vide inprimis cap. 25. *Gravius.*

Atque ex hac nimia nonnullorum alienatione, & quibuſdam hærentia tela in republica] Hunc locum conjectura ductus, ſententiam ipſam ſubſecutus, veſtigia ſcripturæ & veteris, & vulgatæ perſecutus, ſane quam feliciter reſtitui: *Atque ex hac a me nonnullorum alienatione & quibuſdam occultis odiis hærent etiam tela in republica.* Quis enim non videt hanc ſcripturam eſſe corruptam? *Atque ex hac nimia nonnullorum alienatione, & quibuſdam hærentia tela in republica*, &c. Lambinus. Locum eſſe corruptum nemo non videt. Si ſic ſanari poſſit, ut ſanandum cenſuit Lambinus, nihil tam inquinatum eſt, quod non facile poſſit a quovis non imperitiſſimo purgari. In Franc. primo, pro *& quibuſdam*, legitur *a quibuſdam.* Erfurt. *alienatio ne res quibuſdam.* Videant acutiores. Nihil extrico, nec quiſquam credo aliquid extricabit ſine melioris libri ſubſidio. *Gravius.*

Niſi primo ſe dediſſet iis] Quidam legi volunt, *ſe vendidiſſet iis*, &c. quibus aſſentior. *Lambinus.* Peſſime Lambinus. Nam Latinis *vendere ſe alicui* nihil notat,

quo uno non mentiebatur, confirmaret, tar
23 tam ſceleratus reipublicae vexator eſſe po
poſteaquam reſpirare vos a metu caedis, en
ritatem veſtram e fluctibus illius ſervitu
memoriam ac deſiderium mei vidit, vobis
fallaciſſime venditare. Tum leges Iulias
latas, & hic & in concionibus dicere:
inerat curiata illa lex, quae totum ejus

tat, niſi, ſi quis ſic loquitur, pati ſe corrumpi. Sed *dare ſe alicui*, eſt ita ſe in alicujus poteſtatem tradere, ut totus quaſi ab eo pendeas, omnia dicas faciasque, quæ illi grata eſſe intelligas. IX ad Attic epiſt. 5: *Optimatibus vero tuis nihil confido. video enim ut ſe huic dent, ut daturi ſint.* Pro quo in libro ſuperiore epiſt. 10. dicit de iiſdem optimatibus, *quomodo autem ſe venditant Cæſari*, eodem modo ut paullo ante in hac oratione, *ut modo his, ut modo illis, ſe venditet*, ut ibi legendum eſſe oſtendimus. Pro *dare ſe* dicit etiam alibi *dedere ſe alicui* eadem ſententia: Quint. Cic. de petitione conſulatus: *Cum vident unum eſſe aliquem, qui hac officia maxime animadvertat, ei ſe dedunt, deſerunt ceteros.* Grævius.

Seiunctos eſſe arbitrabatur] Eſt hoc ex conjectura P. Manutii, quam tamen ipſe non auſus eſt recipere in contextum. Sed receperunt Car. Stephanus, Lambinus, Gruterus, & qui eum ſecuuti ſunt.

In quo fallebat]
fallebat multos. Vo
liquot libris ma
fallebat] Patern
multos, ſed cujus
preſſis, & in mſſ.
Erfurt. *multos* agno
fallebat, in quo me
ne offendat Cæſa
ſentiebat. vide o
cap. 16, & ſequen
Grævius.

E fluctibus illis ſ
tutis habet manuſ
lius, ut videtur. *F.*
& Francii & editi
merito ſequor. Er

Reviviſcere mem
vidit] Libri aliquo
viveſcere. unde co
legendum *reviveſc*
nim in hoc peccab
viſcere, pro *revi*

nebat: quam caecus amentia non videbat: producebat [illegible]rtiſſimum virum, M. Bibulum: quaerebat ex eo, [illegible] Caeſare leges ferente, de caelo ſemperne ſervaſſet? [illegible]mper ſe ille ſervaſſe dicebat. Augures interrogabat, [illegible]ae ita lata eſſent, rectene lata eſſent? illi vitio lata eſſe [illegible]ebant. Ferebant in oculis hominem quidam boni viri, [illegible]e me optime meriti: ſed illius, ut ego arbitror, furoris [illegible]ari. Longius proceſſit: in ipſum Cn. Pompejum, au-[illegible]orem, ut praedicare eſt ſolitus, conſiliorum ſuorum in-[illegible]hi coepit: inibat gratiam a nonnullis. Tum vero elatus [illegible]e, poſſe ſe, quo modo togatum domeſtici belli exſtin-[illegible]orem nefario ſcelere foedaſſet, illum etiam, illum exter-[illegible]rum bellorum hoſtiumque victorem affligere. tum eſt [illegible] in templo Caſtoris ſcelerata & paene deletrix hujus [illegible]mperii ſica deprehenſa. tum ille, cui nulla hoſtium diu-[illegible]s urbs umquam fuit clauſa, qui omnes anguſtias, [illegible]nes altitudines, omnium objecta tela ſemper vi & vir-[illegible]te perfregit, obſeſſus eſt ipſe domi; meque nonnulla im-[illegible]toritorum vituperatione timiditatis meae, conſilio & [illegible]o ſuo liberavit. nam, ſi Cn. Pompejo, viro uni omnium [illegible]rtiſſimo, quicumque nati ſunt, miſerum magis fuit, [illegible]m turpe, quamdiu ille tribunus plebis fuit, lucem non [illegible]ſpicere, carere publico, minas ejus perferre: cum in [illegible]ncionibus diceret, velle ſe in Carinis aedificare alteram por-

[illegible] *vero eſt ratus ſe poſſe, quoniam to-*[illegible]] Melius Erfurtenſis: *Tum vero* [illegible]*ſe, poſſe ſe, quo modo togatum.* quod [illegible] præferendum eſſe quis paullo [illegible] non videt? *Gravius.*

[illegible] *altitudines, omnium objecta tela*] [illegible] animadverterem, in libris manuſc. [illegible] eſſe vocem, *tela*, atque ita legi, [illegible] *altitudines omnium objecta ſem-*[illegible] &c. in vulgatis autem ſic, *omnes* [illegible]*dines, omnium objecta tela ſemper.* &c. [illegible]e conjeci, *tela*, eſſe adventitium, [illegible]em, *omnium*, aut certe corruptum: [illegible] autem eſſe ſcribendum, ut cohæ-[illegible] cum, *altitudines.* de voce, *omnium*, amplius deliberandum cenſebam. ſed mihi in mentem venit totidem eſſe litteras in *omnium*, quot in *montium*, *t*, addito. quod ſi *o*, & *m*, transponas, erit *montium.* ita & erit ſententia huic loco conſentanea, & loquendi genus elegans & ornatum, *qui omnes anguſtias, omnes altitudines montium objectas ſemper vi & virtute perfregit.* Lambinus.

In Carinis aedificare] In *Carinis* erat domus Cn. Pompeji, quam M. Antonius poſtea, victo & interfecto Pompejo, poſſedit; auctor Dio lib. 48. *Fr. Fabric.* Carinæ erant in valle inter Cælium & Eſquilias circa ædem S. Clementis, ad ipſum

etiam post tribunatum obtrectatores eorum
verſarii defenderunt : ne a rep. reip. peſtis re
reſtiterunt : etiam, ne cauſam diceret: etiam,
eſſet. Etiamne in ſinu atque in deliciis quidam
ri viperam illam venenatam ac peſtiferam ha
runt ? quo tandem decepti munere? Volo, *inq*
qui in concione detrahat de Pompejo. Detrah
perando? Velim ſic hoc vir ſummus, atque opti
ſalute meritus accipiat, ut a me dicitur : dic
certe, quod ſentio. Mihi, mediusfidius, tu
ampliſſima dignitate detrahere, cum maxim
efferre videbatur. Vtrum tandem C. Marius
cum eum C. Glaucia laudabat, an cum eu
poſtea vituperabat ? an ille demens & jamprid
ſpexiſſe ad Laterenſis maledictum, quod alienis uxoribus uteretur, quaſi juſtus vir: non enim objicit illi pathicam libidinem. F. *Vrſinus*. *Bimaritum appellas*] Acute: neque aliter Turingicus. minus recte hactenus impreſſi, *Maritum appellas*, &c. Gruterus. In eodem Turingico eſt quoque, quod Victorius in ſuis reperit, *ut verba etiam fingas*. *Bimaritus* eſt duarum mulierum vir; ut *bivira* Catoni apud Nonium, quæ duas habuit viros. Male explicat Nonius. *Grav*.

Sed impunitum in maledico mendacium] Sic legendum, & ita impreſſum eſt in nonnullis libris vulgatis. nam mendoſe habent alii, *ſed impunitum in maleficio mendacium*. Quod autem homo blennus, lectionem vulgatam tuetur, & hanc emendationem improbat: ita eſt, ut ſæpe jam dixi. nihil tam ineptum fingi poteſt, quod ei non in mentem veniat. Et lectorem ſcio videre, quantus ſit dormitator, atque adeo ſomniator. Quis enim non videt, hoc, quod a Cicerone dicitur, in maledico, non ad Laterenſem proprie pertinere, ſed ad omnes accuſatores? Præterea ſupra proxime deeſt in vulgatis omnibus, *in reo*, poſt, *crimen eſt*. ſic enim debet legi: *quod non crimen eſt in reo, ſed impunitum*, &c. Lamb.

Impunitum in maledico mendacium] Sic

gnificat: *Atque hæc,*
conjecta maledicta in

Atinæ] Vrbs Volſc
tiquum etiam nunc
non nunquam Atino
tinates.

Emiſſus aliquis e
miſſus, ut cognoſtis] Hi
eſt codex Erfurtenſi
liis in quo ſcribitur:
cere, & quidem emiſſ
emiſſus, ut cognoſtis.

Præmandatis requ
Prætoris mandatu req
cum reſtituit Adrian
cus in omnibus libr
datis. Cum hæc in p
taſſem, & hanc em
Turnebo, meo m
homo πολυπραγμ
quot poſt annis, n
cum eſſe ab Adr. T
Quid eſt aliud, obſ
gari, & actum agere
poſtea præmandatis]
præmandato, ſive *ma*
tem verba ita leg
nec ulla alia, ſint c
de hujus vos pudore,
dubitatis? neque ve
quia ita legi debeat

, ſunt conjecta maledicta in ejus vitam, de cujus
re, religione, integritate dubitetis. Pater vero, 13
etiam obeſſe filio debet. O vocem duram atque
n tua probitate, Laterenſis! Pater ut in judicio
pater ut in dimicatione fortunarum, pater ut
es viros obeſſe filio debeat? qui ſi eſſet turpiſſi-
ordidiſſimus, tamen ipſo nomine patrio valeret
mentes judices & miſericordes: valeret, inquam,
i ſenſu omnium, & dulciſſima commendatione
Sed cum ſit Cn. Plancius is eques Romanus, ea
vetuſtate equeſtris ordinis, ut pater, ut avus, ut
ejus omnes equites Romani fuerint, ſummum in
ura florentiſſima gradum tenuerint & dignitatis
e: deinde, ut ipſe in legionibus P. Craſſi impera-
ter ornatiſſimos homines, equites Romanos,
plendore fuerit: ut poſtea princeps inter ſuos
um rerum ſanctiſſimus & juſtiſſimus judex, ma-
ı ſocietatum auctor: plurimarum magiſter: ſi
o in eo nihil umquam reprehenſum, ſed laudata
ia: tamen is oberit honeſtiſſimo filio pater, qui
s honeſtum, & alienum tueri vel auctoritate
gratia poſſit? Aſperius, inquit, locutus eſt ali-
uando. Immo fortaſſe liberius. At id ipſum,
non eſt ferendum. Ergo hi ferendi ſunt, qui
r, libertatem equitis Romani ſe ferre non
binam ille mos? ubi illa aequitas juris? ubi illa
ibertas, quae malis oppreſſa civilibus extollere
jam

lii IV. probat Turnebi con-
jecta Manutii correctione.
n hanc emendationem cer-
h. Brutus. *Grævius.*
turpiſſimus, ſi ſordidiſſimus]
eferat hanc Erfurtenſis le-
ctæ, in qua alterum *ſi* omit-

s ſocietatum auctor] *Auctor*
qui pro ſocietatibus publi-
ks ſumma fide geſſit. Pro
Seſt. cap. ult. *auctor publicæ cauſſa.* Pro
Flacco: *Si hunc habent auctorem Tralliani
doloris ſui, ſi hunc cuſtodem litterarum, ſi
hunc teſtem injuriæ, ſi hunc auctorem quere-
larum.* De *magiſtris ſocietatum* ſuperius
dictum eſt & explicatum.

Qui queruntur, libertatem equitis] Erf.
qui queruntur hoc, libertatem equitis. non
male. *Grævius.*

Malis oppreſſa civilibus] Nam tempore
bellorum civilium, & ſub tyrannis ne-

 mini

inquit, quod legationes. Idem tribuno pleb
mo homini, M. Druſo, ſed multa in
cum ille eum ſalutaſſet, ut fit, dixiſſetque
Grani? Reſpondit, Immo vero, tu Dru
ille L. Craſſi, ille M. Antonii voluntate
facetiis ſaepe perſtrinxit impune. nunc
preſſa veſtra arrogantia civitas, ut, quae
coni in ridendo, nunc equiti Romano in
conceſſa libertas. Quae enim umquam
contumeliae potius, quam doloris? quid
quam queſtus, niſi cum a ſociis, & a ſe inju
ſaret? Cum ſenatus impediretur, quo mi

mini libere loqui & queri licet. Sæpe de hac dominatione tyrannorum conqueritur Tacitus.

An quod auctiones eſſent] Faërnus pro *eſſent*, reponebat *ceſſent*, ſed non ſatis Pantagatho ſatisfaciebat; cui non videbatur poſſe hic habere locum Faërni correctio, cum quod ad rem attinet, tum quod ad dictionem. Nam neque juſtitio dierum profeſtorum auctiones rerum privatarū ceſſant, neque ad legiones certe referri poteſt verbum *ceſſent*. Videntur enim legiones conſcribi in illo edicto, earumque cauſa edictum juſtitium: neque ad *regaſſet* attuliſſet *eſſent*, ſed *ceſſarent*: quæ nullo pacto ceſſabant, ſed calebant, ut & auctiones. *Quid triſtis eſſet*, quoque id ipſum po-

liore libro, quem ex
bis obtulit fortuna. I
rejecta auctiones eſſent
quod legationes. quod
juſtitium auctiones,
imo vero quod legati
hoc eſt non auditæ.
rejicere, quod eſt diffe
rere. Atque male eſſe
legiones, quam *ceſſent*

Tu Druſe quid agis?
formula eſt, qua non
bantur. nam & obvio
quaſi quærerent, *ſaeɩ*
reprehenderent iiſdem
bant. Terentius Adel
ſæpe clamitans, *quid*

mper erat tributum, reſponſum equitibus edderetur: omnibus illa injuria dolori publi- ſed eum ipſum dolorem hic tulit paullo aper- munis ille ſenſus in aliis fortaſſe latuit: hic, ceteris animo ſentiebat, id magis quam ceteri mptum habuit & lingua. Quamquam, judi- o enim ex me, permulta in Plancium, quae uam dicta ſunt, conferuntur. Ego quia dico uando, non ſtudio adductus, ſed contentio- , aut laceſſitus, & quia, ut fit in multis, exit aliquid, ſi non perfacetum, attamen fortaſſe m: quod quiſque dixit, me id dixiſſe dicunt. , ſi quid eſt, quod mihi ſcitum eſſe videatur, ingenuo dignum atque docto, non aſpernor. vero, cum aliorum non me digna in me con- Nam quod primus ſcivit legem de publicanis, vir ampliſſimus conſul id illi ordini per popu- quod per ſenatum, ſi licuiſſet, dediſſet: ſi in eo , quia ſuffragium tulit, quis non tulit publica- a primus ſcivit, utrum id ſortis eſſe vis, an ejus, gem ferebat? ſi ſortis, nullum crimen eſt in ca- lis, ſplendor etiam Plancii, hunc a ſummo viro eſſe ordinis judicatum. Sed aliquando venia- 15
ſam. in qua tu nomine legis Liciniae, quae eſt s, omnes ambitus leges complexus es. neque uam aliud in hac lege, niſi edititios judices es od genus judiciorum ſi eſt aequum ulla in re,

ex me] Novi id, quin

, *cum aliorum non me* *natur*] Vid. Ciceronem olumnium, quæ eſt in . 32.

rdinis judicatum] Acceſ- nſi, quod male deſide- *Grævius.*

leges] Sic quidam docti legendum putant, *omnes ambitus leges*, ubi libri complures vulgati habent *omnes ambitus legis*: quibus aſſentior. multæ enim fuerunt leges de ambitu, neque ab uno latæ. *Lambinus.*

Si eſt aequum nulla in re] Vterque Franc. Erfurt. Dreſd. ed. prim. Mediol. Manut. & multæ aliæ: *Si eſt aequum ulla in re, niſi hac tribuaria.* Grævius.

re, niſi hac tribuaria, non intelligo, quamobrem ſenatus hoc uno in genere tribus edi voluerit ab accuſatore, neque eandem editionem tranſtulerit in ceteras cauſas: de ipſo denique ambitu rejectionem fieri voluerit judicum alternorum: cumque nullum genus acerbitatis praetermitteret, hoc tamen unum praetereundum putarit. Quid? hujus rei obſcura cauſa eſt? an & agitata, cum iſta in ſenatu res agebatur, & diſputata heſterno die copioſius a Q. Hortenſio? cui tum eſt ſenatus aſſenſus. hoc igitur ſenſimus: cujuſcumque tribus largitor eſſet, & per hanc conſenſionem, quae honeſte magis, quam vere ſodali-

Niſi hac tribuaria] Codices veteres omnes habent, *tributaria*: quod probant docti quidam viri: ut dicta intelligatur a tributis comitiis, ego vulgatam lectionem retineo: & rem tribuariam accipio, quæ ad tribus pertinet, vel quæ per tribus geritur. Quod autem ad hujus loci ſententiam attinet, hanc eſſe puto. Laterenſis accuſavit Plancium lege Licinia de ſodalitiis: cujus nomine

gatis, *de ipſo denique ambitu, de rejectione fieri voluerit judicum alternorum*, conjecturam meam adjuvant aliquot veteres cod. qui habent, *rejectionem*. &, *de ambitu*. Ex quo poſteriore apparet, propoſitionem, *de*, ex ſuo loco, in [illegible] eſſe tranſlatam ſupra, ante, *ipſo denique*, & ita ejectam propoſitionem [illegible], cum legi debeat, *in ipſo denique judicio*, &c. non, *de ipſo denique*, &c. Lamb.

ıaretur, quam quiſque tribum turpi largi-
ıeret, cum maxime iis hominibus, qui ejus
eſſe notum. Ita putavit ſenatus, cum reo
ur, eae, quas is largitione devinctas habe-
ıre teſtes & judices. Acerbum omnino ge-
ıd tamen, ſi vel ſua, vel ea, quae maxime
ınjuncta, tribus ederetur, vix recuſandum.
ıterenſis, quas tribus edidiſti? Terentinam, 16
:erte id aequum, & certe expectatum eſt,
n conſtantia tua. cujus tu tribus vendito-
ıtorem, & ſequeſtrem Plancium fuiſſe cla-
bum profecto, ſeveriſſimorum praeſertim
graviſſimorum edere debuiſti. at Volti-
:nim tibi neſcio quid etiam de illa tri-
hanc igitur ipſam cur non edidiſti? quid
Lemonia? quid cum Vejentina? quid
ıina? nam Metiam, non quae judicaret,
:ceretur, eſſe voluiſti. Dubitatis igitur,
judi-

ſt iſta magiſtratuum

] Suffridus adnotat
:xtare *Teretinam*. al-
Gruterus.

ditorem] Sic habent
›, iis invitis, legen-
. nam, qui corrum-
dit: niſi quis dicat,
:o emtore uſurpari.
torem eſſe poſitum,
ım hanc tribum ſuis
rio accepto, conceſ-
us eſt. Huc fortaſſe
ra dicitur, *ne reſicere*
ibum poſſint: ſive, ut
ere, &c. Lamb.
s] Tribus hæc plane
l mſſ. & olim cuſos.
ıcant, quomodo &
iſti nominant vel
tinam. S. vero Vict.
arbitrer reſcriben-
Vſentinam. Grut.

Nam Metiam, non qua judicaret] Cum in libro manuſcr. Clericano ita ſcriptum reperiſſem. *M. etiam*, ubi vulgati habent, *tertiam etiam*, facile conjeci, *Metiam*, eſſe legendum, cum Metia ſit una ex xxxv tribubus civitatis Romanæ. quam Feſtus docet, a quodam caſtro eſſe appellatam. Malim autem ſcribi, *Metiam*, ſine diphthongo, & cum *t*. quam cum diphth. &c. *Lambin*. *Nam tertiam, non qua judicaret*] Ant. Auguſtinus, *Nam Maciam, non qua judicaret*: quam lectionem retinuit Lambinus. In manuſcripto quodam libro, *Nam tres, non qua judicarent, ſed qua rejicerentur eſſe voluiſti*, ſcriptum eſt, & fortaſſe non male. *F. Vrſinus*. *Nam tertiam etiam, non qua judicaret*] Inclinaverim in Lamb. conjecturam, *nam Metiam, non qua judicaret*. cum invenerim in mſſ. noſtris, *nam vi etiam*; aut *iii etiam*. Gruter. In Erfurt. clare: *Nam Meciam, non qua judicaret*. Non dubitandum ſic debere reponi. *Etiam* natum ex *Metiam*. Græv.

in decernendo ſ[illegible] tui ſumus. Tu deligas
pulo aut amicos tuos, aut inimicos meos
eos, quos inexorabiles, quos inhumanos
les exiſtimes? Tu, me ignaro, nec opin
notes & tuos, & tuorum neceſſarios, vel ii
vel etiam defenſorum meorum? eodemq
quos natura putes aſperos atque omnibus ii
de effundas repente, ut ante confeſſum ec
videam, quam potuerim, qui eſſent futu
apud eoſque me, ne quinque quidem rej
proximo reo de conſilii ſententia conſtitut

[illegible]

ortunis omnibus dicere? Non enim, ſi aut
vixit, ut offenderet ſciens neminem, aut
i, ut eos ederes imprudens, ut nos, invito
d judices, non ad carnifices veniremus, id-
litio per ſe non acerba eſt. An vero nuper 17
ves nomen editi judicis non tulerunt, cum
dicibus, principibus equeſtris ordinis, quin-
: reus rejiceret, ʟ. referret, omniaque po-
uerunt, quam ei legi conditionique pare-
eque ex delectis judicibus, ſed ex omni po-
e editos ad rejiciendum, ſed ab accuſatore
judices ita feremus, ut neminem rejiciamus?
nunc legis iniquitatem queror, ſed factum
tentia legis doceo diſcrepare: & illud acer-
um, ſi, quemadmodum ſenatus cenſuit,
juſſit, ita feciſſes, ut in hunc & ſuam, & ab
tas tribus ederes; non modo non quererer,
dicibus editis, qui teſtes iidem eſſe poſſent,
putarem: neque nunc multo ſecus exiſtimo.
has tribus edidiſti, ignotis te judicibus uti
n notis indicaviſti. fugiſti ſententiam legis,
omnem rejeciſti, in tenebris, quam in luce,
ſari maluiſti. Voltinia tribus ab hoc corrupta:
n habuerat venalem. Quid diceret apud
s, aut tribules ſuos judices? immo vero tu
s? quem judicem ex illis aut tacitum teſtem
t vero etiam excitares? Etenim, ſi reus tri-
bum

udicis non tulerunt] Tu-
s quemadmodum ite-
o, ubi vulgata *editos.*
ibus ſene idem Turingi-
ti. Nam & ſic in capi-

referret] Forte legen-
t pateretur ſine ſorti-
, quoſcunque vellet ac-
anequum, quem ex le-
rer, Vide Manutium.

Non tulerunt advocati, ſed ex his quo-
que voluerant forte eum numerum du-
ci. I. Frid. Gronovius, prodente Iacobo
filio.

Et ab hoc obſervatas ederent] *Ederes* Pantagathus: & ita videtur legendum. *F. Urſinus.* *Obſervatas tribus ederes*] Immiſi vocem *tribus*, volente Erfurdiano, quæ plane requirebatur. *Gruterus.*

Si reus tribus ederet] Melius Erfurt. *tribum.* Grævius.

Si

fuiſſe fugiendum tribulem huic judicem
18 rem tribulum exoptandum fuiſſe videati
nunc conſilium reprehendo tuum, quod
quibus hic maxime notus erat, edideris
conſilium non ſervatum ſenatus, etc
diret illorum? aut quid diceres?
cium? reſpuerent aures, nemo agnoſc
an gratioſum? illi libenter audirent;
confiteremur. noli enim putare, Late
iſtis, quas ſenatus de ambitu ſancire
actum, ut ſuffragatio, ut obſervantia,
retur. Semper fuerunt boni viri, qui ap
gratioſi eſſe vellent. Neque vero tam
noſter ordo fuit, ut eam coli noſtra mo
noluerit: neque hoc liberis noſtris interd
obſervent tribules ſuos, ne diligant, ne c

Si quæſitor edendus fuiſſet] Vterque Franc. & ed. prima: *Si quæſtor edendus fuiſſet.* Sic & paullo poſt iidem *quæſtorem.* Quis ignorat quæſitores in judiciis, ſæpe quæſtores dici? *Gravius.*

C. Alfium] Victorius, *C. Alphium*: Ant. Auguſtinus ex loco inferiori, *C. Flavium.* ſed cur illum locum non

Quibus hic m
mendam Gruter
legitur. *erat*, q
fuit propagata,
Iac. Gronovius.

Repudiaretur]
Ne reſecare neq
ne reſecare neceſſ

tribum poſſint, ne par ab iis munus in ſua ...eſtent: haec enim plena ſunt officii, plena ... plena etiam antiquitatis. Iſto in genere ..., cum ambitionis noſtrae tempora poſtula... ...iſſimos viros eſſe vidimus, & hodie eſſe vi... plurimos gratioſos. Decuriatio tribulium, ...puli, ſuffragia largitione devincta, ſeveri... ..., & bonorum omnium vim ac dolorem ex... ...doce, haec profer, huc incumbe, Late... ...riaſſe Plancium, conſcripſiſſe, ſequeſtrem ...tinaſſe, diviſiſſe: tum mirabor, te iis armis ... lex dabat, noluiſſe. tribulibus enim judici... ...do ſeveritatem illorum, ſi iſta vera ſunt, ſed ...dem ferre poſſemus. Hanc tu rationem cum ...que eos judices habere nolueris, quorum in ... cum ſcientia certiſſima, tum dolor graviſſi-mus

...ariis tribum eſt paupe-
...ſocillare iis, quibus
Pro quo paullo ante
...ro modica liberalitate.
...licat capite ſequente:
..., *pro multis ſpondere*,
...mittere. Eſt autem re-
...in hac oratione: *Con-*
...viſcis & recreat meam
...um intelliguntur pau-
Martialis:
... gratus eques, dat
...natus,
...u tertia dona tribus.
...a apud Horatium, eſt
...ena plebe. Sic olim
...am ad me delatus erat
...um in illo legiſſem, ne
... *ſuis ſuam tribum poſ-*
..., non diutius hæren-
...cere ſuis neceſſariis ſuam
...re ſuam tribum ſuis a-
...ut apud Terent. *confi-*
...u, nuptias argentum.

...reſpectent] Vel legen-
vel, *reſpectent*, idem
...uod, *exſpectent*. Re-
ſpectamus enim proprie a tergo, & quæ retro ſunt. At, quæ præterierunt, retro ſunt. Præterita igitur reſpectare aliquando dicimur. Ex quo per tranſlationem reſpectare interdum uſurpatur, pro ab alio *exſpectare*, & in alio ſpem ſuam poſitam habere. *Lambinus*. *In ſua petitione reſpectent*] Lambinus hic mallet *exſpectent*, & neſcio quas reſpectandi fingit interpretationes: cum ſimpliciter velit noſter quod verſus Catulli:

Nec meum reſpectat, ut ante, amorem. Guilielmius.

Plena antiquitatis] Plena morum antiquorum, quos majores noſtri obſervarunt. Plin. lib. II, ep. 2: *Iam hoc ipſum pulchrum & antiquum, ſenatum nocte dimitti.* Et in Paneg. 76: *Iam quam antiquum, quam conſulare, quod triduum totum ſenatus ſub exemplo tui ſedit!* Grævius.

Pronuntiaſſe] Id eſt, promiſiſſe. hoc eo adſcripſi, quia hic nonnulli mutare aliquid conati ſunt. ſed falluntur. Vtitur eodem verbo hoc eodem modo in Cluentiana. utitur & Suetonius in Iulio Cæſare, ibi, ut *de ſuo nummos pronuntiaret*. Lambinus.

Gra-

tua dignitas poſtularit, repudiandis gratio
tiis non eſſe aſſecutum. Iam ut ego doceo g
tribulibus Plancium, quod multis benigne
multis ſpoponderit, in operas plurimos patr
& gratia miſerit: quod denique omnibus o
per patrem, per majores ſuos totam Atinate
ram comprehenderit: ſic tu doce, ſeque
largitum eſſe, conſcripſiſſe, tribules decu
ſi non potes: noli tollere ex ordine noſtro li
noli maleficium putare eſſe gratiam, noli
ſancire poena. Itaque haeſitantem te in hoc
tribuario crimine, ad communem ambitu
tuliſti, in qua deſinamus aliquando, ſi vide
& pervagata declamatione contendere. ſi
ago. Quam tibi commodum eſt, unam t
tu: doce id, quod debes, per quem ſequ
diviſore corrupta ſit. ego, ſi id facere non po
ut opinio mea fert, ne incipies quidem, p
rit, docebo. Eſtne haec vera contentio?
agi? non poſſum magis pedem conferre,
propius accedere. Quid taces? quid diſſi
tergiverſaris? etiam atque etiam inſto atqu

oſco, atque adeo flagito crimen: quamcum-
um, inquam, delegeris, quam tulerit Plancius,
lito, ſi poteris, vitium: ego, qua ratione tu-
cebo. Nec erit haec alia ratio Plancio, ac tibi
is. nam ut, quas tribus tu tuliſti, ſi jam ex te
, poſſis, quorum ſtudio tuleris, explicare: ſic
contendo, me tibi ipſi adverſario, cujuſcum-
us rationem popoſceris, redditurum. Sed cur 20
quaſi non comitiis jam ſuperioribus ſit Plancius
as aedilis. quae comitia primum habere coepit
cum omnibus in rebus ſumma auctoritate, tum
ſarum legum ambitus auctor: deinde habere
bito, praeter opinionem omnium: ut ne ſi co-
uidem quiſpiam largiri, daretur ſpacium com-
Vocatae tribus: latum ſuffragium: deſcriptae,
tae. longe plurimum valuit Plancius. nulla lar-
nec fuit, nec eſſe potuit ſuſpicio. An tandem
uria praerogativa, tantum habet auctoritatis,
umquam prior eam tulerit, quin renunciatus
ut his ipſis comitiis conſularibus, aut certe in
um aedilem Plancium factum miraris, in quo
ua pars populi, ſed univerſus populus volunta-
n declararit? cujus in honore non unius tribus
l comitia tota comitiis fuerint praerogativa?
lem tempore, ſi id Laterenſis, facere voluiſſes,
aut

lia ratio Plancio ac Laterenſi] urenſis: *Nec erit hac alia ac tibi, Laterenſis.* Græv.

e ego] Hic *ego* nullam habet alias. Itaque auctore Er-, *Idem.*

ia primum habere cœpit] s: *Quæ comitia habere cœpit.* onſul, ut bene Gruchius mitiis obſervavit, novo comitia. Simul enim cum comitiis, quæ centuriata orum magiſtratuum habuit ito & præter opinionem omnium, idque ad reprimendum ambitum. Nihilominus tamen poſtea habita ſunt & alia comitia ædilium, ut ex hac oratione patet, quæ fuerunt, ut erant ſemper ædilitia, tributa. *Græv.*

Deſcripta, renuntiata] Erfurt. *diribita, renuntiata.*

Comitiis fuerint prærogata] Vetus liber habet *prærogativa*, non male, pro *prærogata.* F. Vrſinus. Pithœi liber: *Sed comitia tota fuerint prærogativa.* Sic & Erf. niſi quod *fuerit* pro *fuerint* in illo conſpiciatur. *Comitiis* videtur delendum. In vulgata nulla eſt ſana ſententia. *Græv.*

Nam-

repudiata fuit. Sed, ſi tibi gravitas tu
animi pluris fuit, ſicut eſſe debuit, quam
cum habeas id, quod malueris, deſidera
noris putaris. Equidem primum ut ho
ſem maxime ſemper laboravi: ſecundo
tertium mihi fuit illud, quod pleriſque p
honos: qui iis denique debet eſſe jucu
dignitati populus Romanus teſtimoniu
21 civium ambitioni dedit. Quaeris etiam, l
imaginibus tuis, quid ornatiſſimo atq
patri tuo, reſpondeas mortuo. Noli iſt
que illud potius cave, ne tua iſta quere
mius, ab illis ſapientiſſimis viris repre
enim pater tuus Appium Clodium, n
minem, vivo patre ſuo, potentiſſimo &
C. Clodio, aedilem non eſſe factum, &
pulſa factum eſſe conſulem: vidit homin
conjunctum, egregium virum, L. V
M. Piſonem in iſta aedilitate, offenſi
ſummos a populo Romano eſſe honore
vero tuus & P. Naſicae tibi aedilitiam pr
ſam, quo cive neminem ego ſtatuo in h
tiorem: & C. Marii, qui duabus aedili

s eſſe factos. Sed quid ego aedilitias repulſas
ae ſaepe ejuſmodi habitae ſunt, ut iis, qui
ſent, benigne a populo factum videretur.
ilitum, L. Philippus, ſumma nobilitate &
quaeſtor C. Coelius, clariſſimus ac fortiſſi-
ens: tribuni pl. P. Rutilius Rufus, C. Fim-
ius, Cn. Oreſtes, facti non ſunt: quos tamen
iles factos ſcimus eſſe. Quae tibi ultro pater,
ui non conſolandi tui gratia dicerent; neque
liberent aliqua culpa, quam tu vereris, ne a
videatur: ſed ut te ad curſum iſtum tenen-
a prima aetate ſuſcepiſti, cohortentur. nihil
ihi crede, Laterenſis, de te detractum: de-
o? ſi mehercules vere quod accidit interpre-
ſt aliquid etiam de virtute ſignificatum tua.
exiſtimare, non magnum quendam motum 22
etitionis tuae, de qua ne aliquid jurares deſti-
ntiaſti, homo adoleſcens, quid de ſumma re-
ires. fortius tu quidem, quam nonnulli de-
ribus, ſed apertius, quam vel ambitionis, vel
ratio poſtulabat. Quamobrem in diſſentien-
oli putare nullos fuiſſe, quorum animos tuus
ille

gendum eſt, non, ut vul-
enim eſt ille C. Cœlius
iſſimi tulit in quæſtura:
n obtinuit anno ab ur-
xix. collegam nactus
enobardum. *Lamb.*
c legendum, non, ut
C. Oreſtes. hic eſt enim
s Oreſtes, qui conſul
b V. C. I Ↄ C LXXXII.
Lentulo Sura. *Idem.*
?] In antiquioribus e-
eperitur *detractum*, id-
ſe repoſuiſſe primum
tius. Equidem non ſo-
& ſequentes editores
lexi, idque merito, ſed
: vocem inveni in primo
a in Erfurtenſi. *Græv.*

Non magnum quendam motum illius petitionis tuæ] Loquitur de petitione tribunatus: quem cum peteret Laterenſis, & eodem tempore C. Cæſar legem agrariam ferret, reclamantibus nobilibus; cumque reliqui candidati in legem illam agrariam juraſſent, Laterenſis deſtitit a petitione ſua, ne juraret. auctor Cicero lib. 2 epiſt. ad Attic. epiſtola, cujus principium eſt, *Accepi aliquot epiſt.* Lamb.

Quid de ſumma republica ſentires] Mavult fere Cicero, *quid de ſumma republica ſentires*, quamvis vulgatum invitis libris non repudiem, cum nec illud loquendi genus ſit inſolens. Sic ſcripſeram, antequam videram Erfurtenſem, in quo, dum nunc illum conſulo, cum clare invenerim *de re p.* nullius dubitavi id amplecti. *Grævius.*

quamquam ne id quidem ſuſpicionem coi
neque enim umquam majores noſtri ſort
tuiſſent aedilitiam, niſi viderent accidere
petitores pares ſuffragiis eſſent. Et ais,
tiis Anienſem a Plotio, Terentinam a
conceſſam: nunc ab utroque eas avulſas,
venirent. Quam convenit, nondum cog
luntate, hos, quos jam tum conjunctos fu
ram ſuarum tribuum, quo vos adjuvarem
dem, cum jam eſſent experti, quid vale
& tenaces fuiſſe? Etenim verebantur,
ſtias. quaſi res in contentionem, aut in
quod poſſet venire. Sed tamen tu an
rum ornatiſſimum, in idem crimen voc

Dubitabitis, inquit, quin coitio facta ſit] Duobus argumentis probare conabatur Laterenſis, coitionem eſſe factam inter Plotium, & Laterenſem. primum illud eſt. cum tribus pleraſque cum Plotio, &c. cui ita reſpondet M. Tull. an una fieri potuerunt, ſi una tribus non tuliſſent? proinde quaſi dicat, ſi tribus una non tuliſſent, una ædiles non eſſe potuiſſent. ridicule igitur objicis, eos una tribus tuliſſe. nam eadem opera objicere

terenſis, ut dixi
nunc quarundam
exempla, in quib
ſum eſt. Olim ve
nonnullas totidem
legantur hæc inte
Erfurt. *an nonnull*
Prioribus comiti
magiſtratus, ſic
ſte

te arripuiſſe, a quo non ſis rogatus? Nam
s es, plures te teſtes habere de Voltinia,
n ea tribu puncta tuleris, indicas, aut eos
icere, qui, quia nummos acceperint, te prae-
it, te ne gratuita quidem eorum ſuffragia
vero crimen de nummis, quos in circo Fla- 23
ienſos eſſe dixiſti, caluit re recenti, nunc in
: neque enim qui illi nummi fuerint, nec
nec qui diviſor, oſtenderis. Atque is quidem
onſules, qui tum in crimen vocabatur, ſe ini-
tatum graviter querebatur. qui ſi erat divi-
im ejus, quem tu habebas reum, cur abs te
factus? cur non ejus damnatione aliquid ad
praejudicii comparaſti? Sed neque tu habes
eis confidis. alia te ratio, alia cogitatio ad
opprimendi excitavit. magnae ſunt in te o-
t gratia, multi amici, multi cupidi tui, multi
lis tuae. Multi huic invident, multis etiam
us vir, nimium retinens equeſtris juris & li-
tur: multi etiam communes inimici reorum
i ita ſemper teſtimonium de ambitu dicunt,
oveant animos judicum ſuis teſtimoniis, aut
gra-

bi eripuiſſe, a quo non ſis
endavi, conjectura du-
igia ſcripturæ veteris &
partim ſententiam Ci-
Cum hæc olim ſcri-
εαυτοῦ, & πλεονέκτης,
ani, quæ nullo modo
te ſuo, ut aliquis eſſe
lere conatus eſt, pro-
is ex Miloniana, ubi
vit in quæſtionem ar-
l magis ἀπροςδιόνυσον
Quis autem negat, *ar-*
ſe Latinum, aut *arri-*
, Latine dici? Sed quid
s refellendis contero?
genioſus hanc meam
um verbis Ciceronis,
; & eum ſententia ipſa.

nihil hac lectione certius eſſe reperiet. *Lambinus.* Peſſime. *Arripi* eſt *accuſari.* Suet. Iul. 23: *Et ſtatim quæſtor ejus in præjudicium aliquot criminibus arreptus eſt.* Vitell. 2: *Poſt præturæ honorem inter Sejani conſcios arreptus.* Vide quoque Manut. *Grævius.*

Aut eos teſtes te adducere] Rectius Erf. *aut eos teſtes te producere.* Idem.

Atque is quidem adductus ad conſules] Libri veteres habent, *eductus.* Lambin: *Atque is quidem eductus ad conſulem*] Hæc eſt concors librorum omnium lectio. itaque abjeci *adductus*, nuper natum. *Gruterus.* Sic & Erfurt.

Quaſi aut moveant animos judicum, &c.] Verbum *judicum*; jam modo primum accedit Tullio ex Turingicis ſchedis. *Gruterus.*

eorum reprehensionem vos vestrae prude
meae modeſtiae remittere debeatis. Illuc
gnopere oro atque obſecro, judices, cur
defendo, tum communis periculi cauſa, n
nibus, ne diſſeminato diſperſoque ſermon
nocentium ſubjiciendas putetis. Multi am
nonnulli etiam noſtri iniqui, multi comm
tores atque omnium invidi multa finxerun
tem tam volucre quam maledictum: nihil
tur, nihil citius excipitur, nihil latius diſſ
ego, ſi fontem maledicti reperietis, ut aut
diſſimuletis, umquam poſtulabo. ſed, ſi
manabit, aut ſi quid erit ejuſmodi, ut no
qui audierit: aut ita negligens vobis eſſ
unde audierit oblitus ſit: aut ita levem hab
ut memoria dignum non putarit: hujus i
24 audivi ne quid reo innocenti noceat oram
jam ad L. Caſſium, familiarem meum, cu
ne illum quidem Iuventium tecum expo

Aut ab eo facilius ob eam cauſſam] Primus Francii: *aut eo facilius ob eam cauſſam.* non ſperno. eſt aut tanto facilius. *Grævius.*

Quidquam deſugere] Sic hab

mii, clariſſ. viri,
poſui. nam libri c
totidem litteris.

x virtute & humanitate ornatus adoleſcens, e plebe edilem curulem factum eſſe dixit. In i, ſi ita tibi reſpondeam, neſciſſe id populum , neque fuiſſe qui id nobis narraret, praeſertim ngino, non, ut opinor, admirere, cum ego ipſe tens a ſtudio antiquitatis, me hic id ex te pri- ſe confitear. Et, quoniam tua fuit perelegans lis oratio, digna equitis Romani vel ſtudio, vel oniamque ſic ab his es auditus, ut magnus ho- nio, & humanitati tuae tribueretur, reſpon- i, quae dixiſti, quae pleraque de ipſo me fue- nibus ipſi aculei, ſi quos habuiſti in me repre- tamen mihi non ingrati acciderunt. Quaeſiſti, arem mihi, equitis Romani filio, faciliorem ipiſcendos honores viam, an futuram eſſe filio ſſet familia conſulari. Ego vero, quamquam nalo, quam mihi, tamen illi honorum aditus faciliores optavi, quam mihi fuerunt. quin- orte ille ſibi me potius peperiſſe jam honores, demonſtraſſe adipiſcendorum putet, haec illi ipere, quamquam ad praecepta aetas non eſt ae ille a Iove ortus ſuis praecipit filiis:

'andum eſt ſemper: multae inſidiae ſunt bonis.

No-

in orat. pro Sextio inte- ddnctus eſt. *F. Vrſinus.*
o] Erfurt. *mortuo longe.*
pſo me fuerunt] Sic reſti- ductus, veritate appro- ex his, quæ ſequuntur, , & ex ipſo procemio, d reliquos labores, quos jores ſuſcipio, quam in *nbinus. Pleraque de ipſo* mbinus conjecit *de ipſo* ti libri non favent. *Grut.* tenſis Lambino, in quo oſtulat id ſententia hujus vius.
tas non eſt nati] Libri ve- *n eſt ætas generatus.* quod aliquid ſubeſſe ulceris. hoc igitur ſanet lector eruditus. quidam ſic legunt, *ætas apta nati, ſeu gnati.* ego autem ſic potius, *ad præcepta apta ætas non eſt nati.* credibile eſt enim vocem, *apta*, omiſſam eſſe a librario errante propter ſimilitudinem ultimarum litterarum vocis, præcepta. *Lamb.* Erfurt. *ætas non eſt gravis.* non ad illam gravem ætatem venit, quæ poſſit hæc præcepta intelli- gere. Cic. de ſeneɛt. *Vt enim infirmitas puerorum, & ferocitas juvenum, & gravitas jam conſtantis ætatis: ſic ſenectutis maturi- tas naturale quoddam habet, quod ſuo tem- pore percipi debeat.* Grævius.
Multa inſidia ſunt bonis] Hi verſus ſunt Attii poëtæ, quos paullò integriores le- ges in Sextiana: hoc modo, *Non te id, quod multi invideant, multique expetant,* in-

Noſtis cetera:

Non te id quod multi invideant,

quae ſcripſit gravis ille & ingenioſus poeta: ſcripſit, non
ut illos regios pueros, qui jam nuſquam erant, ſed ut nos
& noſtros liberos ad laborem & laudem excitaret? Quae-
ris, quid potuerit amplius aſſequi Plancius, ſi Cn. Scipio-
nis fuiſſet filius. Magis aedilis fieri non potuiſſet: ſed hoc
praeſtare, quod ei minus invideretur. Etenim honorum
gradus ſummis hominibus & infimis ſunt pares, gloriae
25 diſpares. Quis noſtrum ſe dicit M'. Curio, quis C. Fabri-
cio, quis P. Duellio parem? quis Atilio Calatino? quis
Cn. & P. Scipionibus? quis Africano, Marcello, Maxi-
mo? tamen eoſdem ſumus honorum gradus, quos illi
aſſecuti. Eſt enim in virtute multis adſcenſus, ut is gloria
maxime excellat, qui virtute plurimum praeſtet. hono-
rum populi finis eſt conſulatus: quem magiſtratum jam
octingenti fere conſecuti ſunt. horum, ſi diligenter

quae-

, vix decimam partem reperis gloria dignam. ſed nquam ſic egit, ut tu: Cur iſte ſit conſul? quid mplius, ſi L. Brutus eſſet, qui civitatem dominatu eravit? honore nihil amplius, laude multum. Sic lancius nihilominus quaeſtor eſt factus, & trilebis, & aedilis, quam ſi eſſet ſummo loco natus: : pari loco orti ſunt innumerabiles alii conſecuti. riumphos T. Didii, & C. Marii: & quaeris, quid a Plancio. Quaſi vero iſti, quos commemoras, ea magiſtratus ceperint, quod triumpharunt, & ia commiſſi ſunt iis magiſtratus, in quibus re bene iumpharent. Rogas, quae caſtra viderit, qui & Creta, Metello hoc imperatore, & tribunus in nia militum fuerit, & quaeſtor tantum ex re mitraxerit temporis, quantum in me cuſtodiendum re maluerit. Quaeris, num diſertus ſit. Immo, id cundum eſt, ne ſibi quidem videtur. Num juriſcon-

nam partem reperis, &c.] Ita eis edd. & Pall. noſtris. *Grut.* Erfurtenſis, ſed in eo quoque legitur *quares*. Grævius.

magis laude fuerint digni] Toas in manuſcripto ita legitur: *agiſtratibus fuerint digni, quod* [illegible], *& non quia commiſſi ſunt iis, in iis re bene geſta triumpharint.*

, *Metello hoc imperatore*, in manon eſt, *Metello*. F. Urſinus. ei omnino requirit tale quid, in Urſini libro. Nam Lateraat. T. Gracchus & C. Marius unt, & ideo ad ſummos hoelati, ſed quid ſimile Plancius honores committantur. Reullius: Non ideo illi magicreati, quod triumpharunt, eati ſunt magiſtratus, ideo, magiſtratus eſſent, bene rem triumpharunt. Propius accedit es & alios libros Erfurtenſis: *iſti quos commemoras, propterea* [illegible], *quod triumpharunt*. Legengiſtratus ceperint. [illegible] oſtendit liquido ſic ſcripſiſſe Tullium. Hi non ceperunt magiſtratus quod triumpharent, ſed quia ceperunt magiſtratus, ſive, ut loquitur, quia iis commiſſi ſunt magiſtratus re bene geſta triumpharunt. Præterea in Erfurt. pro *Ti. Gracchi* legitur *T. Didi* pro Didii videtur illum Didium intelligere, qui de ſcordiſcis triumphavit, anno V. C. 640, cujus meminit Cic. in orat. in Piſonem. Nam quamvis Didia gens fuerit Conſularis, non tamen fuit inter gentes illuſtriores. Ideoque conjungit cum Mario, T. Didius & C. Marius, inquit Lateranenſis, quamvis & hi non eſſent ſummo loco nati, triumpharunt, & propterea magiſtratus ſunt conſecuti, ſed quid ſimile fecit Plancius. *Grav.*

Qui & miles in Creta Metello hoc imperatore] Vox *Metello*, non viſitur in edd. vett. ut nec in Pall. aut S. Victor. aut Gruteriano. *Gruterus*. Nec in utroque Francii, nec in Erfurt. habetur *Metello*.

Quaris num diſertus ſit] Addidi *ſit* ex Erfurt. ſicut paullo poſt *ſe*, quæ ab editis male. Sic enim Erf. idem, *qui ſe abſuiſſe ab iſtis ſtudiis confitentur.*

conſultus. Quaſi quiſquam ſit, qui ſibi hunc falſum de jure reſpondiſſe dicat. Omnes enim iſtiuſmodi artes in iis reprehenduntur, qui cum profeſſi fuerint, ſatisfacere non poſſunt: non in iis, qui ſe abfuiſſe ab iſtis ſtudiis confitentur. Virtus, probitas, integritas in candidato, non linguae volubilitas, non ars, non ſcientia requiri ſolet. Vt nos in mancipiis parandis, quamvis frugi hominem ſi pro fabro, aut pro textore emimus, ferre moleſte ſolemus, ſi eas artes, quas in emendo ſecuti ſumus, forte neſciverit: ſin autem emimus, quem villicum imponeremus, quem pecori praeficeremus, nihil in eo, niſi frugalitatem, laborem, vigilantiam eſſe curamus: ſic populus Romanus deligit magiſtratus, quaſi reipublicae *villicos*: in quibus ſiqua praeterea eſt ars, facile patitur. ſin minus, virtute eorum & innocentia contentus eſt. quotus enim quiſque diſertus, quotus quiſque juris peritus eſt, ut eos numeres, qui volunt eſſe? quod ſi praeterea honore dignus nemo, quidnam tot optimis & ornatiſſimis civi-
26 bus eſt futurum? Iubes Plancium de vitiis Laterenſis

Idem efferſ Laterenſem laudibus. Fa-
te agere multis verbis, quod ad judicium
: & id te accuſantem tamdiu dicere, quod
ſine periculo poſſim confiteri. Atqui non
por ſumma in Laterenſe ornamenta eſſe,
reprehendo, quod ea non enumeres, alia
nia & levia conquiras. Praeneſte feciſſe
? alii quaeſtores nonne fecerunt? Cyrenis
publicanos, juſtum in ſocios fuiſſe. Quis
a multa Romae geruntur, ut vix ea, quae
incipiis, audiantur. Non vereor, ne mihi
ces, videar arrogaſſe, ſi de quaeſtura mea
mvis enim illa floruerit, tamen eum me
maximis imperiis arbitror, ut non ita mihi
quaeſturae laude repetendum: ſed tamen
ne quis audeat dicere, ullius in Sicilia quae-
ratiorem, aut clariorem fuiſſe. Vere me-
licam: ſic tum exiſtimabam, nihil homi-
mae niſi de quaeſtura mea loqui. Frumenti
itate maximum numerum miſeram: ne-
comis, mercatoribus juſtus, municipibus
is abſtinens, omnibus eram viſus in omni
officio

ego, *anquirendum*, *...irendum*, edendum utem plana eſt. Ne rem celabo, mihi, veteres incidiſſem, ſe, *niſi eum nimis ad ſuum putabis fuiſſe. ... nimis in ſe iracun-* al. ſec. *putabit*. quod ito. ceteri nihil va- s mirari nequeam ea Lambinus; qui ta- onibus ſuis proficit. conſtitui poſſe puta- *is*. Gruterus.

rebus arbitror] Vox, manuſcr. unde ſuſpi- nd deſiderari, verbi gratia, *honoribus*, *magiſtratibus*, aut quippiam tale. *Lambinus.* Deſideratur *rebus* etiam in omnibus manuſcriptis, & antiquitus editis, quos inſpexi. Sed in optimo Erfurtenſi rectiſſime legitur *imperiis*. ſic vocat magiſtratus, quos poſt quæſturam geſſit. *Gravius.*

Mehercule] Sic Erfurt. vulgati, *mehercules*.

Nihil homines aliud Roma] Vulgata, *unquam aliud Roma*. ſed id vocis non eſt in vetuſtius cuſis aut mſſ. noſtris. *Grut.* Iſta vox *unquam* deeſt quoque in noſtris libris, & merito deeſt, cum hic ſit abſurda, ſed præterea in primo Francii *aliud* quoque non legitur, quod & ipſum ſine ullo damno poterat abeſſe. Sed in Erfurt. exſtat. *Gravius.*

exiſſem, & numquid in ea eſſet novi.
diſſem, me e provincia decedere: eti
27 inquit, ut opinor, ex Africa. Huic ego
faſtidioſe, immo ex Sicilia, inquam.
quaſi qui omnia ſciret, quid? tu neſci
Syracuſis quaeſtorem fuiſſe? Quid mu
machari, & me unum ex iis feci, qui ad
Sed ea res, judices, haud ſcio an plus
quam ſi mihi tum eſſent omnes congrat
eaquam ſenſi, populum Rom. aures he
autem acres atque acutos habere, deſ
audituri eſſent homines, cogitare: feci
tidie me praeſentem viderent, habitav
forum, neminem a congreſſu meo nec
neque ſomnus abſterruit. Ecquid ego
patis meis temporibus, cui fuerit ne ot
quam otioſum? nam, quas tu commemo
re te ſolere orationes, cum otioſus ſis,
dis & feriis, ne omnino umquam eſſem
M. Catonis illud, quod in principio ſc
ſuarum, ſemper magnificum & pra
CLARORVM HOMINVM

ı otii, qvam negotii ratio-
re oportere. Ita, ſi quam habeo
quanta ſit neſcio, parta Romae eſt, quae-
neaque privata conſilia publici quoque ca-
verunt, ut etiam ſumma reſpublica mihi
erenda, & urbs in urbe ſervanda. Eadem
via munita Laterenſi eſt, idem virtutis
iam: hoc facilior fortaſſe, quod ego huc a
er me nixus adſcendi: iſtius egregia virtus
mmendatione majorum. Sed, ut redeam
numquam ex urbe afuit, niſi ſorte, lege,
on valuit rebus iiſdem, quibus fortaſſe
luit aſſiduitate, valuit ſervandis amicis,
ate: fuit in oculis, petivit, ea eſt uſus ra-
nima invidia novi homines plurimi eoſdem
cuti ſunt. Nam, quod ais, Caſſi, non 28
io debere, quam bonis omnibus, quod iis
us cara fuerit, ego me debere bonis omni-
d etiam hi, quibus ego debeo, boni viri
& ci-

ſitate] Prim. Franc.
te. Ead. manus his
t: "al' *ſorte lege.*"
e Manutio, & legi-
im Ciceroni eſt ad-
lis ſive Prætoris, ſi-
r. 19: *In ipſa pratura*
tuam & iſtius ſortem
quentia, & quæ ibi
afuit cum fuit Quæ-
cum miles fuit ſcri-
jus res familiaris in
ater conduxerat in
at aliquando domo
ro ſcripſiſſet, quod
ntentia, ſcripſiſſet
& vel *aut neceſſitate.*

icis] Recentius ex-
contra antiquitus e-
Gruterus. Noſtri
io prima, nec non
torianam *ſervandis*

tuentur. Sententia tamen videtur poſtu-
lare *obſervandis*, quod poſt Victorium
omnes receperunt editiones. Nam
quamvis in Cicerone & fortaſſe aliis a-
micis ſervandis multum ſtudii collocarit
Plancius, tamen iſta res non multum
faciebat ad id oſtendendum, quod hic
volebat judicibus eſſe teſtatum, nimi-
rum Plancium perpetua præſentia, & a-
micorum obſervantia ac liberalitate præ-
valuiſſe in comitiis. *Servare* autem pro
obſervare uſurparunt quidem in certis
loquendi generibus, ut *ſervare de cælo*,
ſervare domi, *ſervare vigilias*, ſed *ſervare
amicos*, pro obſervare nemo veterum
dixit. Quia tamen veteres codices omnes
ſervandis retinent, niſi quod in Erfurt.
eſt *adſervandis*. nihil auſus ſum cum
Grutero immutare. *Gravius.*

Sed etiam hi quibus ego debeo] Iidem
neoterici, *iis quibus*, invitis libris vetu-
ſtis, in quibus alterum, aut *ii*. Gru-
terus.

Virum

tem debet, aes retinet alienum. gratia[illegible]
refert, habet: & qui habet, in eo ipſo, q[illegible]
fert. neque ego nunc Plancio deſinam d[illegible]
ſolvero: nec minus ei redderem volunta[illegible]
moleſtiae non accidiſſet. Quaeris a me
pro fratre meo, qui mihi eſt cariſſimus,
liberis, quibus nihil poteſt eſſe jucundi[illegible]

Verſuram igitur me conturbare oportet] *Conturbare* ſubaudi rationes, eſt decoquere, non poſſe ſolvere quod debes, foro cedere. Martialis IX, 4:

Grandis in atherio licet auctio fiat Olympo,
Coganturque Dei vendere quicquid habent.
Conturbabit Atlas, & non erit uncia tota,
Decidat tecum qua pater ipſe Deum.

Cum cujuſque dies venerit] Cum venerit dies ſolutionis, quo cuique ſolvendum eſt, quod debetur. Phædrus I, 16:

Ubi vos requiram cum dies advenerit.

Vide D. de verb. ſignif. l. 213. §. cedere diem.

Quanquam diſſimilis eſt pecunia debitio] Hæc eadem ſententia jam ſupra poſita eſt in oratione poſt reditum ad Quirites, in extr. ad quem locum plura. *Lamb.*

Qui autem habet, is retinet alienum] Sic legendum eſt, *non qui autem debet*, quidquid apud A. Gell. lib. I, cap. IV. [illegible]

bo, *habere:* vel
habere gratiam, [illegible]
hac re inter ſe diff[illegible]
gratiam animo, [illegible]
Et tamen qui ha[illegible]
plius non poteſt[illegible]
ac ſi retuliſſet: [illegible]
qui retulit, hab[illegible]
cus eſt. nam pecu[illegible]
niam habet, no[illegible]
manet. qui red[illegible]
eſt, pecuniam ha[illegible]
jus loci ſententi[illegible]
Antonius, ſive [illegible]
quo vitioſo, in[illegible]
bet, pro *habet*. [illegible]
lector, hoc præ[illegible]
codice Gellii, q[illegible]
retinet alienum, [illegible]
quarum lection[illegible]
eſt. *Lambinus.*
pro *is*, ſcriptum [illegible]

pro Plancio facio, facere poſſim: nec vides,
ſorum caritate ad hujus ſalutem defendendam
mulari me atque excitari. Nam neque illis hu-
a quo meam ſciunt eſſe defenſam, quidquam
s: & ego ipſe numquam illos adſpicio, quin
nc me his conſervatum eſſe meminerim, hujus
ne recorder. Opimium damnatum eſſe com-
ſervatorem ipſum reip. Calidium adjungis,
Q. Metellus in civitatem ſit reſtitutus: repre-
as pro Plancio preces, quod nec Opimius ſuo
eratus ſit, nec Q. Metelli Calidius. De Ca- 29
itum reſpondeo, quod ipſe vidi: Q. Metel-
, conſulem, praetoriis comitiis, petente Q. Ca-
ulo Romano ſupplicaſſe, cum quidem non
t conſul, & homo nobiliſſimus, patronum il-
um & familiae ſuae nobiliſſimae dicere. Quo
o ex te, num id in judicio Calidii putes, quod
cii facio, aut Metellum Pium, ſi Romae eſſe
aut patrem ejus, ſi vixiſſet, non fuiſſe factu-
n Opimii quidem calamitas utinam ex homi-
oria poſſet evelli. vulnus illud reipublicae de-
us imperii, turpitudo populi Romani non
putandum eſt. Quam enim illi judices, ſi
t non parricidae patriae nominandi ſunt, gra-
tuerunt reipublicae infligere ſecurim, quam,
e civitate ejecerunt, qui praetor finitimo,
neſtico bello rempublicam liberarat? At enim
magnum beneficium Plancio facio, &, ut ais,
id

cio] Videtur legendum, *lancio*. Lamb. Sic plane quo hanc voculam repo-

me his conſervatum eſſe me-ue meriti in me recorder] tegrior eſt ceteris Erfur-*n per hunc me his conſerva-, hujus meritum in me re-*

Et familia ſua nobiliſſima] *Sua* non eſt in Erfurtenſi.

At enim nimis ego magnum beneficium Plancio] *Sancio* legebat Pantagathus pro *Plancio*: ſed non diſplicet Lambini lectio, qui corrigit *Plancii facio*. F. Vrſin.

At enim nimis ego magnum beneficium Plancio, & ut ais] Sic Victorii editio & antiquior; neque ſecus Pall. noſtri, item Grut. Erfurd. S. Victoris, niſi quod qui-dam

corum fuiſſe. quod fuit ullorum umqua
tam immane ac tam crudele in hoſtem? an
quem aut famae metum, aut poenae: quor
illo anno ferrum in foro, flammam in delub
urbe verſari. niſi forte exiſtimas, eos idci
pepercisse, quod de reditu meo non timer
quam putas fuiſſe tam excordem, qui, v
urbe & curia, rediturum me, ſi viverem
Quamobrem non debet is homo & is ci
vitam meam, quae fidelitate amicorum
inimicorum modeſtia non eſſe appetitam.

dam ad oram, quidam in contextum, *jacto ſcilicet me debere.* vulgata recentius, *beneficium Plancii facio, & ut ais.* Grut. In Erf. legitur, *magnum beneficium Plancio facio.* leg. *Plancii.* hoc eſt nimis extollo beneficium, & fingo longe majus eſſe, quam fuit re ipſa. Cic. pro Flacco: *Cum vero ſe locupletem faceret, haberet, nihil præter illam impudentiam, quam vides.* Plaut. Mil. 53: *Magnum me faciam nunc.* Græv.

Odium in me mediocre inimicorum fuiſſe, quod fuit, ullorum tantum? requiro] Iſthæc omnia verba non invenias in Pal. ſec. ſexto, S. Victoris aut Gruteriano. & poterant abeſſe. *Gruter.* Itaque illa

utrum putes, teſtan
Niſi forte exiſtim
eſt ab Erfurdienſi
eodem eſt de redit
pro vulgato *non tim*
Et quenquam pu
Sic omnes MSS.
ter Lambinianam
quitur Gruterus,
quaſi vero & *quiſ*
apud Ciceronem i
& frequentius in v
Inimicorum mode

e, Laterenſis, minus fortaſſe vehementer, quam ſum provocatus: ſed profecto nec conſiderate nec minus amice. nam primum illud fuit aſpe-e, quae de Plancio dicerem, mentiri, & tempo-a fingere. ſcilicet homo ſapiens excogitavi, rem viderer maximis beneficii vinculis obſtri-m liber eſſem & ſolutus. Quid enim? mihi ad ndum Plancium parum multae, parum juſtae adines erant familiaritatis, vicinitatis, patris a-:? quae ſi non eſſent, vererer, credo, ne turpi-rem, ſi hoc ſplendore, & hac dignitate hominem rem. ſingenda fuit mihi videlicet, cauſa pera-:ei, quem mihi debere oporteret, ego me omnia licerem. At id etiam gregarii milites faciunt in-coronam dent civicam, & ſe ab aliquo ſervatos antur: non quo turpe ſit, protectum in acie ho-anibus eripi: nam id accidere, niſi forti viro, anti cominus, non poteſt: ſed onus beneficii lant, quod permagnum eſt, alieno debere idem arenti. Ego, cum ceteri vera beneficia, etiam diſſimulent, ne obligati eſſe videantur, eo me o obſtrictum eſſe ementiar, cui ne referri qui-atia poſſe videatur? An hoc tu, Laterenſis, igno-i, cum mihi eſſes amiciſſimus, cum vel pericu-ae tuae mecum ſociare voluiſſes: cum me in illo acerbo luctu atque diſceſſu, non lacrymis ſolum l animo, corpore, copiis proſecutus eſſes: cum eros & uxorem, me abſente, tuis opibus auxi-lefendiſſes; ſic mecum ſemper egiſti, te mihi e atque concedere, ut omne ſtudium meum in Cn. Plan-

neficii vinculis] Sic legendum bent omnes editiones. Nam editio noſtra, *habebat beneficii* erratum eſt operarum. *Lamb.*

eſſent, vereor, credo] Optime n *eſſent, vererer, credo.* Graev.

Fingenda fuit mihi, judices, cauſſa] Repone ex eodem libro: *Fingenda fuit mihi videlicet, cauſſa peracuta.* Idem.

Cauſa peracuta, ut ei] Legendum cenſeo, *cur ei.* Lambinus.

Tibi

Plancio gratias egi. Recitetur oratio, q
magnitudinem dicta de ſcripto eſt: in qua
tus ei me dedebam, cui nihil magnopere d
jus tanti officii ſervitutem adſtringebam t
piterno. Nolo cetera, quae a me mand
recitare: praetermitto illa, ne aut proferre

Tibi etiam ipſi] *Ipſi* adjeci juſſu Erfurtenſis. *Gravius*.

Qua propter ejus magnitudinem] Atqui non ita prolixa oratio illa eſt, ut memoriæ ſuæ diffidere Cicero debeat. Recte igitur liber vetus in Guillelmii ſchedis, & Erfurt. *propter rei magnitudinem*, & ita repone, quod res permagna eſſet, accurateque explicanda. Unde liquet hanc orationem domi meditatum eſſe Tullium, non vero illam derepente in ſenatu natam eſſe, ut ſolebant in gravioribus cauſſis de periculo, ſeu ſcripto ſententiam ferre. *Idem*.

Et me dedam] Vetus liber habet, *ei me debere dicam*. F. Urſinus. *Ei me dedam*] Ita quidem hodie vulgati. ſed enim olim impreſſi ac Pall. aliique, *debeam*, nihilo deterius. *Gruterus*. Noſtri quoque nonnulli codices, aut *debebam* aut *debeam*. Lambinus edidit: *Ei me debebam, cui nihil magnopere deberem*. Sed melius Erfurt. *ei me dedebam, cui nihil*

Idem Heautont.
Dedam patri
ſim qu
Hinc ad alios tr
Cajo, eſt facere
quæque grata ei
micus in Eunuch
Quid ca
Egone ut me
beat.
Et hujus ſervi
etiam reſtitui e
gatur perperam
Prætermitto illa
tempus] Sic legen
proferre ad tempu
antiqua depravat
vet. non habent
pus, autem, fuit
poſtea in contex
vera ejecta. *Lam*
Erfurt. utroque
thœano, edition

o genere uti litterarum, quod meis ſtudiis
am conſuetudini judiciorum eſſe videatur.
n clamitas, Laterenſis: *Quouſque iſta dicis?* 31
io profeciſti. abſolutae jam ſunt preces tuae. De
ine tu objicies, quem ego de me bene meri-
 teſte cognoveram, te eodem auctore de-
i dices, *Quouſque*, quem negas, quod pro
tenderit; impetrare potuiſſe? Nam iſtius
uſque, haec poterat eſſe invidia. datus eſt tibi
natus ille: non facis finem: ferre non poſſu-
uidem, qui pro uno laborarit, & ipſum id
erit, dici, *Quouſque*, irridentis magis eſt,
hendentis. niſi forte ego unus ita me geſſi in
& cum his, & inter hos vixi, is in cauſis pa-
n republica civis & ſum, & ſemper fui, ſolus
ituar, qui nihil a judicibus debeam umquam
Et mihi lacrymulam Ciſpiani judicii objectas.
iſti: *Vidi ego tuam lacrymulam.* Vide, quam
poeniteat. non modo lacrymulam, ſed mul-
, & fletum cum ſingultu videre potuiſti. An
eorum lacrymis, me abſente, commotus,
quas mecum habebat, depoſuiſſet, meae-
non modo non oppugnator, ut inimici mei
pu-

oris cauſſa, quia res &
t Tacit. 1 ann. 1: *Dicta-*
ebantur. eſt pro condi-
e temporis. Plancus ad
Si itineri meo ſe oppoſue-
ſilium capiam. Pro quo
tempore XXX, 16: *Hu*
inſtructiu. Graevius.
ſunt preces tua] Novi
abſolvere, ſed quid ſit
teor me ignorare. Sic
S. & omnes editi, quos
amtii, qui edidit ex
anter, *obſoleta jam ſunt*
otas ejus. non ego de-
abus amplecti, ſi libri
libile enim eſt Tul-
le, ſententia ſane aut
U.

hanc aut ſimilem vocem flagitat. *Idem.*

Et ei dices, Quouſque, quem negas, quod pro Ciſpio contenderit, impetrare potuiſſe] Erfurt. uterque Francii, editio prima & Mediolanenſis, *contenderim.* Vnde ſtatuo Tullium ſcripſiſſe: *Et mihi dices, Quouſque, quem negas quod pro Ciſpio contenderim, impetrare potuiſſe*, non ſolum propter conſenſum tot codicum, in quibus *contenderim* ſcribitur, ſed & propter commodam horum verborum cum praecedentibus connexionem. Quomodo enim cohaerent, *tu mihi objicies*, & *ei dices*, cum de eodem homine loquatur, nimirum de ſe ipſo? *Idem.*

Et ipſum id non obtinuerit, &c.] Nihil equidem mutare auſim: ſed legi tamen malim, *& id ipſum non*, &c. Lamb.

 Sicut

cui quidem ego, ſicut in Plancio, numq
me plurimum debere, ſemperque prae
enim ſibi ille neque contentiones, neque
que vitae dimicationes, nec pro republ
defugiendas putavit. Atque utinam,
illum gratus, tam licuiſſet per hominum
populi Rom. ei gratiam referri. Sed, ſi
tendit in tribunatu Plancius, exiſtimare
voluntatem defuiſſe, ſed me, cum ta
deberem, Racilii beneficiis fuiſſe conc
putas, judices idcirco minus mea cauſa f
eſſe gratum crimineris? an, cum popul
ſenatusconſulto, quod in monumento
quo mea ſalus omnibus eſt gentibus c
Cn. Plancio gratias egerit, unus enim fu
bus, aut pro magiſtratibus, defenſor
ſenatus pro me gratias agendas putavit,
rendam gratiam non putem? Atqui

Sicut in Plancio] Præpoſitio deſit editionibus hodiernis, ſed reſtat in antiquis ac mſſ. noſtris. *Gruterus*.

Et injuriam populi Romani] Aliquot mſſ. *P. R.* unde fieri poſſet *Prætoris*, aut

dum. *F. Urſin*
jam Plancio deb
paullo poſt ide
idcirco minus
facturos. Græv

tandem animo in te putas eſſe, Laterenſis? ullum
tum periculum, tantum laborem, tantam con-
:m, quam ego non modo pro ſalute tua, ſed etiam
nitate defugerem? Quo quidem etiam magis
n dicam miſer, nam hoc quidem abhorret a vir-
)um, ſed certe exercitus: non quia multis debeo,
n onus beneficii gratia, ſed quia ſaepe concurrit
aliquorum de me meritorum inter ipſos conten-
ut eodem tempore in omnes verear ne vix poſſim
ideri. Sed ego hoc meis ponderibus examinabo,
m quid cuique debeam, ſed etiam quid cujuſque
, & quid a me cujuſque tempus poſcat. Agitur 33
tuum, vel etiam, ſi vis, exiſtimatio, laus, aedi-
Cn. Plantii ſalus, patria, fortunae. Salvum tu
cupiſti: hic fecit etiam ut eſſe poſſem. diſtineor
c divellor dolore, & in cauſa diſpari offendi te a
o: ſed medius fidius multo citius meam ſalutem
jecero, quam Cn. Plancii ſalutem tradidero con-
uae. Etenim, judices, cum omnibus virtutibus
ſtum eſſe cupiam, tamen nihil eſt, quod malim,
e & gratum eſſe, & videri. Eſt enim haec una
on ſolum maxima, ſed etiam mater virtutum
reliquarum. Quid eſt pietas, niſi voluntas grata
tes? qui ſunt boni cives? qui belli, qui domi de
pa-

uidem abhorret a virtute verbi] m ex fide veteris libri, *Nam abhorret a virtute verbum.*

Nam hoc quidem abhorret a um] Eſt a Turingico libro. a cuſi; *natura quidem abhorret bi.* Gruterus.

io. laus, adilitas] Erfurt. *laus, adilitatis.*

ro te objecero] Erſurd. *abie-* Sic utique legendum. Nam *tem pro aliquo* non addito cui ut diſcriminibus, hoſtibus, ibus, Latinum os reſpuit. ro *ſalutem* hic dixit, ut in . IX ad Pœtum, *famam inge Effugere autem ſi velim non nullorum acute aut facete dictorum offenſionem, fama ingenii mihi eſt abjicienda.* Pro *abjicere* frequentius dicitur *projicere* in hac notione. Virgil. VI Æneid.

——— lucemque peroſi
Projecere animas. Gi. XV.

Qui ſunt boni cives? qui belli, qui domi de patria bene merentes, niſi qui patria beneficia meminerunt?] Nihil hic juvant libri. Vereor ne *niſi* exciderit ſuo loco, & *qui* perperam fuerit ultimo loco inculcatum. Nam Ciceronis manus videtur fuiſſe: *Qui ſunt boni cives? niſi qui belli, qui domi de patria bene merentes patria beneficia meminerunt?* ut in præcedentibus, *quid eſt pietas, niſi voluntas*, &c. & in ſequentibus: *Qui ſancti, qui religionum colentes,*

 niſi

non locus ipſe ille mutus, ubi ipſe altus
cum grata recordatione in mente verſet
tantae eſſe poſſunt, aut umquam fuerunt
torum amicorum officiis ſtare poſſint? qu
memoria & gratia, nullae exſtare poſſunt
tam proprium hominis exiſtimo, quam
ficio, ſed etiam benivolentiae ſignificati
hil porro tam inhumanum, tam immar
quam committere, ut beneficio non dic
victus eſſe videare. Quae cum ita ſint, j
Laterenſis, iſti tuo crimini meque in
nihil poteſt eſſe nimium, quoniam ita
gratum eſſe concedam: petamque a vo
eum beneficio complectamini, quem qu
eo reprehendit, quod gratum praeter m
Neque enim illud ad negligendam mea

niſi qui meritam, &c. Aut diſtinguendum: *Qui ſunt boni cives, qui belli, qui domi de patria bene merentes? niſi qui* &c. Grav.

Qua poteſt eſſe jucunditas vita] De hoc multis agit in libro de amicitia, quem conſule.

Vbi ipſe altus, aut doctus eſt] Libri manuſcr. tres habent, *alitus, aut doctus eſt*. Lambinus. *Vbi ipſe altius, aut doctus*

Iam ſuccumba
orationi, in eo ipſ
betque Victoriu
quior, *iſti tuo c*
modo & Pall. de
ris, niſi quod in
mique. Grut.
hujus loci lectio
legitur: *iſti tuo*

›d dixit idem, vos nec nocentes, nec litigio-
o minus me apud vos valere oporteret. Quaſi
:itia mea non haec praeſidia, ſi quae forte ſunt
ıta ſemper amicis eſſe maluerim, quam ne-
:enim ego de me tantum audeo dicere, ami-
n voluptati pluribus, quam praeſidio fuiſſe:
ementer vitae meae poeniteret, ſi in mea fa-
ocus eſſe nemini, niſi litigioſo, aut nocenti.
:ſcio quomodo frequenter in me congeſſiſti, 34
eo creber fuiſti, te idcirco in ludos cauſam
oluiſſe, ne ego mea conſuetudine aliquid de
ericordiae cauſa dicerem, quod in aliis aedi-
:ciſſem. Nonnihil egiſti hoc loco. nam mihi
ıamentum orationis meae. deridebor, ſi men-
nſarum fecero, cum tu id praedixeris. ſine
:m quid potero dicere? Hic etiam addidiſti,
nea lege ex iſto ambitu traxiſſe, ut miſerabi-
gos poſſem dicere. Non vobis videor cum
ali-

communes cauſam conji-
ntagathus ex libro ma-
inor. ſed ego vocem
t gloſſema eſſe in con-
ı a librario receptum.
s, & is quidem peran-
bet *ludos*. paullo poſt,
; poſt vocem *lege* adde-
ntagathus. & infra le-
icaa, inquit, putabam
. F. Vrſinus. *In locos*
voluiſſe] Fulvii liber,
. Grut. *illuſos*. quod
ſexto: ſed is præterea
omen convincere noluiſti.
dam illud *ludos*. ſed tu
rene, onus illud ſubi-
n nimis quam feſtino.
lubitet *ludos* legendum
irum, in quibus then-
amvis res ipſa, quæ in
ſt, ut hic a Laterenſi
, ſit obſcura. *Gra-*

li, addidiſſe me iccirco
] Hic locus ex oratio-
ne in Vatinium reſtitutus eſt, ubi hæc dicuntur, *Cum mea lex dilucide vetet, biennio, quo quis petat, petiturusve ſit, gladiatores dare, niſi ex teſtamento præſtituta die.* Tulerat autem etiam M. Tullius legem de ambitu. Objecerat igitur Caſſius M. Tullio, iccirco eum addidiſſe hæc ſuæ legi de ambitu, qua ſancitum erat, ne quis biennio, quo peteret, petiturusve eſſet gladiatores daret, addidiſſe, inquam, hæc. niſi ex teſtamento præſtituta die: ut inde epilogos miſerabiliores elicere poſſet. commemoraret enim ſcilicet M. Tullius voluntatem mortuorum, mortuos ab inferis excitaret, ex quibus miſericordiam judicibus commoveret. mortuorum enim cauſa, & oratio de mortuorum voluntate, miſerabilis eſt. hoc diluit M. Tullius, propemodum nihil reſpondendo, hoc eſt, eludendo. *Non vobis videor cum aliquo*, &c. Lambinus. *Me idcirco mea lege ex iſto*] Carnificem hic agit Lambinus non medicum. ego contentus eſſe malo iſtis, quam abuti impotenti ingenio. *Gruterus*. Vide Manut.

aliquo declamatore, non cum laboris & fori diſcipulo diſputare? Rhodi enim, inquit, non fui. Me vult fuiſſe: ſed fui, inquit: putabam in Vacceis dicturum: bis in Bithynia. Si locus habet reprehenſionis anſam aliquam, neſcio cur ſeveriorem Nicaeam putes, quam Rhodum. ſi ſpectanda cauſa eſt: & tu in Bithynia ſumma cum dignitate fuiſti, & ego Rhodi non minore. Nam, quod in eo me reprehendiſti, quod nimium multos defenderim: utinam & tu, qui potes, & ceteri, qui defugiunt, vellent me labore hoc levare. ſed fit veſtra diligentia, qui in cauſis ponderandis omnes fere repudiatis, ut ad nos pleraeque confluant, qui miſeris & laborantibus nihil negare poſſumus. Admonuiſti etiam, quod in Creta fuiſſes, dictum aliquod in petitione tua dici

Non cum oratore diſp.] Sic hunc locum reſtitui, conjectura ductus. nam neque antiqua ſcriptura, quæ talis eſt, *non cum*

Sine melioribus libris non poterit ſanari conjecturis. *Grævius.*

Putabam in Vacceis dicturum] Sic eſt

… me id perdidiſſe. Vter igitur noſtrum eſt i? egone, qui, quod dici potuit, non dixe- qui etiam ipſe in te dixeris? Te ajebas de … nullas litteras miſiſſe, quod mihi meae, …m miſiſſem, obfuiſſent. quas ego mihi ob- …lligo: reipublicae video prodeſſe potuiſſe. … leviora: illa vero graviora atque magna, 35 …diſceſſum, quem ſaepe defleras, nunc quaſi …, & ſubaccuſare voluiſti. dixiſti enim, non …, ſed me auxilio defuiſſe. Ego vero fateor …uod viderim mihi auxilium non deeſſe, id- …auxilio pepercisse. qui enim ſtatus, quod …ae fuerit in republica tempeſtas: illa quis …unitius me terror, an conſularis furor mo- …e mihi ferro magnum fuit cum reliquiis eo- …o florentes atque integros ſine ferro vice- …es poſt hominum memoriam taeterrimi at- …i, ſicut & illa principia, & hi recentes rerum …arunt: quorum alter exercitum perdidit, …, emtis provinciis, a ſenatu, a republica, …us defecerant: qui exercitibus, qui armis, …rimum poterant, cum, quid ſentirent, ne- …alis illa vox nefariis ſtupris, religioſis altari- …ata, ſecum & illos, & conſules facere acer- …nabat. egentes in locupletes, perditi in bo- …lominos armabantur. Aderat mecum ſena- …m veſte mutata: quod pro me uno poſt ho- …oriam publico conſilio ſuſceptum eſt. Sed …ui tum fuerint conſulum nomine hoſtes, …c urbe ſenatum ſenatui parere non ſiverint: …o non luctum patribus conſcriptis, ſed indi- cia

miſiſſem] Intelligit ad …, in quibus ſe Laelium, …acit. *Guilielmius.* Conjicit Guilielmius … : *empti provinciis*, ubi … Gnit.

Secum & illos, & conſules] Illue & ante *conſules*, non exſtat in poſterioribus edd. aut mſſ. noſtris. *Idem.*

Acerbiſſime perſonabat] Lege: *acerrime*. Lambinus.

quo ceteri ſaepe abundarunt, id mihi ipſi a
defuiſſet. Armis fuit, armis, inquam, fui
quibus a ſervis, atque a ſervorum ducib
ſenatus & bonorum, reipublicae exitioſu
autem improbos a bonis, fateor fuiſſe
finem cum vincendi viderem: quem pro
bam. Ubi enim praeſto fuiſſet mihi aut ta
quam L. Opimius? quam C. Marius? qu
quibus ducibus improbos cives reſpublic
aut, ſi minus fortes, attamen tam juſti
cius, qui arma, quae privatus P. Scipic
Ti. Graccho interemto, jure optimo ſu
dit? Eſſet igitur pugnandum cum conſu
plius dico, niſi illud, Victoriae noſtrae
rios paratos: interitus nullos ultores eſſe
ego auxiliis ſalutis meae ſi idcirco defui
micare, fatebor, id quod vis, non mihi a
auxilio defuiſſe. ſin autem, quo majora
norum fuerunt, hoc iis magis conſulen
dum putavi: tu id in me reprehendis, qu

Saltator ille Catenae] Gabinium intel-
ligi Manutius vere docet. Nullus dubi-

At tota Italia]
...paulus, & recte.

t, hodieque eſt, & ſemper erit maximae
, ut potes ex multis audire, qui tum affue-
invitiſſimis viris bonis ceſſiſſe: nec fuiſſe
contentione & armis ſuperior poſſet eſſe.
ſuum, non cum ſenatus factum defende-
everantiam ſententiae ſuae, non ſalutem
inuiſſet: tamen ob illam, quod illud vo-
ius accepit, juſtiſſimos omnium Metel-
iſſimos triumphos gloriae laude ſupera-
los ipſos improbiſſimos cives interfici no-
s bonus interiret in eadem caede providit:
iculis propoſitis, cum, ſi victus eſſem, in-
ſi viciſſem, infinita dimicatio pararetur:
, ut idem perditor reipublicae nominarer,
uiſſem? Mortem me timuiſſe dicis. Ego 37
talitatem quidem contra rempublicam ac-
arem, nedum emori cum pernicie reipu-
nam, qui pro republica vitam ediderunt,
licet

nis, conſtet ceſſiſſe]
on, ut habent libri
ſimis viris, conſtat
us tamen legit, *in-*
ribunis ceſſiſſe. Paul-
, & mendum ma-
at in omnibus li-
heroico integro,
ltores eſſe videbam,
vocum ordine re-
n librorum aucto-
ime codex Erfurt.
bonis ceſſiſſe. Græv.
illud voluntarium]
e vulgata integrius:
b illam conſtantiam,
vulnus accepit, ju-
tamen ex antiqua
licet ulcus aliquod
abent libri veteres
quod illud volunta-
ſſiſſimos, &c. unus
lum excudendum
Tamen ob illam con-
re.] Pall. S. Victor.
, *quo illud*, &c. o-

miſſa voce *conſtantiam*. ſed nec habent edd. vett. hoc loco. iidem tamen collocant infra, *Metellorum conſtantiam & clariſſimos triumphos*, quomodo tamen nulli mſſ. noſtri. *Gruterus*. *Conſtantiam* nec ego in nullo MS. nec in Erfurt. nec Francii utroque, nec in Pith. nec in Dreſd. nec in edit. prima, nec Mediolanenſi, nec Aſcenſ. nec Cratandri reperi. Princeps hanc vocem interpoſuit Victorius, quem omnes ſunt ſecuti, cum tamen facile ex præcedente verſu ſubaudiri poſſet *perſeverantiam*. Pro *qua illud* libri tam ſcripti, quam editi, *quod illud*. Græv.

Pro republica vitam dediderunt] Neceſſe habui iſtud recipere, abjecto *reddiderunt*, quod reſtaret in editionibus vetuſtioribus, firmaretque tota cohors codicum Pall. item S. Vict. & Grut. *Grut.* Lectionem, quam edidit Gruterus, adſtruit Franc. ſecundus, Dreſd. & editio prima. Sed vere Erfurt. *vitam ediderunt*, ſic alibi Cicero, *ſpiritum*, *animam edere* dixit. Francii & Pithœanus codex: *pro republica vitam dederunt*. Quod poſſit forte ferri. Virgilius IX:

exemplum, qualis futurus in me retiner
tus populuſque Romanus. An, ſi umq
cupiditas fuiſſet, ego menſe Decembri
omnium parricidarum tela commoſſem?
quieſſem dies, in aliorum conſulum jugu
Quamobrem, ſi vitae cupiditas contra re
turpis, certe multo mortis cupiditas me
cum pernicie civitatis. Nam quod te in
rum eſſe gloriatus es, id ego & fateor,
etiam in hoc gratulor. quod me autem n
38 que te, neque quemquam diutius patiar
ſi quis idcirco aliquid de libertate mea de
quod non ab omnibus eiſdem, a quibus a
diſſentire, diſſentiam: primum, ſi ben
gratum me praebeo, non deſino incurre
minis nimium memoris nimiumque grat
ullo reipublicae detrimento reſpicio etia
lutem tum meam, tum meorum, cert

Non jaculo, *neque enim jaculo vitam illo dediſſet.* Et Iuſtin. XXXIX, 5: *Spiritumque non fato, ſed parricidio dedit.* Grævius.

In aliorum jugulum conſulum] Libri

ſingulis mutaban
Munit *vigiliam* Pi
ſec. editio prima.
bus profectum
Francii primo,

ıdendus, ſed etiam, ſi ruere vellem, boni viri icerem, rogarent. res vero ipſa publica, ſi lo- ẹret mecum, ut, quoniam ſibi ſerviſſem ſem- m mihi: fructus autem ex ſeſe non, ut opor- s & uberes, ſed magna acerbitate permixtos am mihi ſervirem, conſulerem meis: ſe non bere a me, ſed etiam vereri, ne parum mihi d tum a me haberet, reddidiſſet. Quid, ſi ihil cogito? & idem ſum in rep. qui fui ſem- e tu libertatem requires meam? quam tu po- mper cum iis, quibuſcum aliquando conten- ignemus. quod eſt longe ſecus. Stare enim nos tanquam in orbe aliquo reip. qui quo- r., eam deligere partem, ad quam nos illius ue converterit. Ego autem Cn. Pompejum, 39 torem, ducem, defenſorem ſalutis meae, nam a fortaſſe officiorum memoriam, & gratiam ed dico hoc, quod ad ſalutem reip pertinet: n tuear, quem omnes in rep. principem eſſe go C. Caeſaris laudibus deſim, quas primum . nunc etiam ſenatus, cui me ſemper addixi, ue ampliſſimis judiciis videam eſſe celebra- ercule me confitear non judicium aliquod reip. utilitate, ſed hominibus amicum, aut iſſe. An, cum videam navem ſecundis ventis ntem ſuum, ſi non eum petat portum, quem lo probavi, ſed alium non minus tutum atque , cum tempeſtate pugnem periculoſe potius, alute praeſertim propoſita, obtemperem & que enim inconſtantis puto, ſententiam, tan- d navigium atque curſum ex reip. tempe- ſtate

beret] Guilielmius non *m a me haberet*. Grut. *mus tanquam in orbe ali-* : hoc argumento docte ex Philoſophorum li- lib. 1 ad Lentulum. In ſequentibus Erfurt. rectius: *qui quomodo verſatur*, pro vulgato, *qui quoniam ver- ſetur*. Graevius.

Si non ea eum petat portum] Delevi *ea*, quam non agnoſcit uterque Franc. Erf. Pith. ed. prima. *Idem*.

Eo

quam in me requiris, quam ego neque d neque dimittam, non in pertinacia, ſed in ratione poſitam putabo. Nunc venio ad il quod dixiſti, dum Plancii in me meritu lerem, me arcem facere ex cloaca, lapid chro venerari pro deo. neque enim mihi i culum ullum, neque mortis fuiſſe. Cuj rationem explicabo brevi, neque invitu meis eſt temporibus, quod minus pervag minus aut mea commemoratione celebr minibus auditum atque notum. Ego en ex illo incendio legum, juris, ſenatus, bo cedens, cum mea domus ardore ſuo defl atque Italiae toti minaretur, niſi quieviſſ tivi animo, quae & ipſa erat mihi, ſicut junɗta: & obtinebatur a C. Virgilio: quo maxime tum vetuſta amicitia, tum me

Et in aliis civitatibus monumenta nobis littera prodiderunt] Pro *littera*, legebat Pantagathus *litterarum*, & ita omnino ſcribendum eſſe arbitror. *Fulv. Urſinus.* *Monumenta nobis littera prodiderunt*] Nihil variant mſſ. Pantagathus tamen malebat, *litterarum*, in cujus item ſententiam ibat Guilielmius. *Gruterus.*

Siciliam petivi ... *Vibone* olim Pant... *me*, nullo pacto ... Poſtea mutata ſe... *Siciliam petii ea* ... peullo poſt lege... *mutato terra Vib*...

ſciarat. Vide nunc caliginem temporum illo-
ipſa paene inſula mihi ſeſe obviam ferre vellet,
e ejuſdem tribuni plebis concionibus propter
ipublicae cauſam ſaepe vexatus, nihil amplius
me in Siciliam venire noluit. Quid dicam?
o, tali civi & viro, benivolentiam in me, me-
mmunium temporum, pietatem, humanita-
ndefuiſſe? nihil, judices, eſt eorum: ſed, quam
em nos vobiſcum non tuliſſemus, metuit ut
poſſet opibus ſuis ſuſtinere. Tum conſilio re-
tato, iter a Vibone Brundiſium terra petere
nam maritimos curſus praecludebat hiemis
o. Cum omnia illa municipia, quae ſunt a Vi- 41
idiſium, in fide mea, judices, eſſent, iter mihi
ultis minitantibus, magno cum ſuo metu prae-
Brundiſium veni, vel potius ad moenia acceſſi.
am mihi amiciſſimam declinavi, quae ſe vel po-
idi, quam e ſuo complexu ut eriperer facile pa-
n hortos me M. Lenii Flacci contuli: cui cum
tus, publicatio bonorum, exſilium, mors propo-
aec perpeti, ſi acciderent, maluit, quam cuſto-
capitis dimittere. Hujus ego, & parentis ejus
ſimi atque optimi ſenis, & fratris, & utriuſque
nanibus in navi tuta ac fideli collocatus, eorum-
s & vota de meo reditu exaudiens, Dyrrha-
od erat in fide mea, petere contendi. Quo cum
ognovi, id quod audieram, refertam eſſe Grae-
ratiſſimorum hominum ac nefariorum: quo-
um ferrum igneſque peſtiferos meus ille conſu-
nibus extorſerat: qui antequam de meo adven-
potuiſſent, cum tantum abeſſent alioquot die-
rum

s, *eſt eorum*] Quanto iſtud
lgato; *nihil videlicet eſt eo-*
tem id e Turingicis Suffri-
rejus. *Gruterus.*

& utriuſque filiorum] Hic
voculas ex optimo Erfurt. in omnibus edd. omiſſas Tullio reddidi: *Optimi ſenis, & fratris, & utriuſque filii.* Paullo inferius idem: *cum tantum abeſſent, aliquot dierum.* Graev.

Cum tum abeſſent aliquorum dierum viam] Deleto virgulam poſt verbum ab-

lictoribus dimiſſis, inſignibus abjectis, v
fectus eſt. O acerbam mihi, judices, me
illius & loci, cum hic in me incidit, cu
conſperſitque lacrymis, nec loqui prae
o rem cum auditu crudelem, tum viſu
quos omnes dies noctesque eas, quibu
cedens, Theſſalonicam me, in quaeſtori
Hic ego nunc de praetore Macedonia
plius, niſi eum & civem optimum ſem
cum fuiſſe, ſed eadem timuiſſe, quae e
cium fuiſſe unum, non qui minus time
rent ea quae timerentur, mecum ea
vellet. Qui, cum ad me L. Tubero,
qui fratri meo legatus fuiſſet, decedens
eaſque inſidias, quas mihi paratas ab ex
audierat, animo amiciſſimo detuliſſet:
propter ejus provinciae mecum, & cu

abeſſent, quæ erant in priore editione. *Lambinus.*

Cum hic in me incidit, cum complexus eſt] Recepi alterum *cum*, quod abſorpſerat ſequentis vocis prima ſyllaba, ex Erf. primo Francii & Dreſdenſi pro *conſperſit* primus Francii legit, *adſperſit*. Græv.

me ire parant
illud *mecum* ta
Pal. pr. nam
merum &c. *co*
tam etſi affirm
omnibus Lam
noſtrum ſane c

nem, comparantem, non eſt paſſus: vi me,
r Plancius & complexu ſuo retinuit, multoſque
capite meo non diſceſſit, abjecta quaeſtoria per-
mitiſque ſumta. O excubias tuas, Cn. Planci, 42
o flebiles vigilias! o noctes acerbas! o cuſtodiam
ei capitis infelicem! ſi quidem ego tibi vivus non
, qui fortaſſe mortuus profuiſſem. memini enim,
, neque unquam obliviſcar noctis illius, cum tibi
, aſſidenti, moerenti vana quaedam miſer atque
lſa ſpe inductus pollicebar: me, ſi eſſem in pa-
ſtitutus, praeſentem tibi gratias relaturum; ſin
itum mihi ſors ademiſſet, aut vis aliqua major
peremiſſet: hos, hos, quos enim ego tum alios
tuebar? omnia tibi illorum laborum praemia pro
luturos. Quid me adſpectas? quid mea promiſſa
quid meam fidem imploras? nihil tibi ego tum
opibus pollicebar, ſed de horum erga me beni-
promittebam: hos pro me lugere, hos gemere,
rtare pro meo capite vel vitae periculo velle vi-
de eorum deſiderio, luctu, querelis quotidie ali-
um ſimul audiebam: nunc timeo ne nihil tibi
lacrymas queam reddere, quas tu in meis acer-
s plurimas effudiſti. Quid enim poſſum aliud,
rere? niſi flere? niſi te cum mea ſalute complecti?
tibi iidem dare poſſunt, qui mihi reddiderunt.
en, exſurge quaeſo, retinebo & complectar:

nec

uam] Optime primus Fran-
ens *inquam* declarat, has vo-
Vi me, vi me, inquam. Graev.

tibi gratiam relaturum] Am-
ſtructionis omnino tolle-
nus cum Erfurdienſi *gratias*.

aliqua major reditum peremiſſet]
, aut irritum reddidiſſet.
m eſt *perimere*. III de off. -:
gitur res Panatium perſecutu-
niſi aliqui caſus, aut occupatio
s peremiſſet. Alia ſunt apud
empla. *Graevius*.

Sed horum ego benevolentiam promitte-
bam] Erfurt. *Sed de horum ego benevolen-*
tia promittebam, longe melius, quam vul-
gata, ut reſpondeat praecedentibus, *nihil*
ego tum de meis opibus pollicebar. Idem.

Tibi iidem dari poſſunt] Sic legendum eſt,
nam, quod olim editum eſt, *tibi idem dare*
poſſunt, erratum eſt operarum. *Lam-*
binus.

Huc exurge tamen] Quid *huc* ſibi velit
non video, Erfurt. *te. Tamen exurge qua-*
ſo, retinebo. Scribe & interpunge: *Te*
tamen, exurge quaſo, retinebo. Graev.

Mo-

nec me ſolum deprecatorem fortunarum tuar comitem ſociumque profitebor. Atque, ut ſper erit tam crudeli animo, tamque inhumano, nec memor non dicam meorum in bonos meritorum norum in me, qui a me mei ſervatorem capitis d diſtrahat. Non ego meis ornatum beneficiis a precor, judices, ſed cuſtodem ſalutis meae: no contendo, non auctoritate, non gratia; ſed prec lacrymis, ſed miſericordia: mecumque vos ſimu ſerrimus & optimus obteſtatur parens, & pro duo patres deprecamur. Nolite, judices, per vos, tunas per liberos veſtros, inimicis meis, *his prae* quos ego pro veſtra ſalute ſuſcepi, dare *laetitian* riantibus vos jam oblitos mei ſalutiſque ejus, a qu ſalus conſervata eſt, hoſtes exſtitiſſe. nolite an meum debilitare tum luctu, tum etiam metu co tatae veſtrae voluntatis erga me: ſinite me, quo fretus huic ſaepe promiſi, id a vobis ei perſolvere que, C. Flavi, oro & obteſtor, qui meorum conſi

PAVLLI MANVTII
COMMENTARIVS
IN
M. T. CICERONIS
ORATIONES.

TOMI II. PARS II.

?AVLLI MANVTII
ƆMMENTARIVS
IN
ORATIONEM XXIII.

PRo L. *Murena*] Sic
lapides Capitolini :
Murena, tamen ratio
poſtulat, cum a piſce
deducatur : cujus no-
ꝛti ſcribunt *Μύραινα*.

Capvt I.

. *Auſpicato*] Non enim ſine au-
:omitia in campo habebantur :
npus ipſe & in oratione pro Ra-
cus *auſpicatus*, & in Catilin. 4.
bus auſpiciis conſecratus appellatur.
ciavi] Cur non ejus collega An-
quia conſul priore loco creatus,
habebat conſularia.
'. *Me rogante*] Non, precante,
:rrogante : ut cum diceret : *Rogo*
uirites, velitis ne L. Licinium Mu-
nſulem fieri: *quod ſi populus proba-*
ffragiorum tabellas ferebat ita in-
V. R. id eſt uti rogas.

Capvt II.

: *Ad certam rationis normam diri-*
Stoica diſciplina.
o. *Quæ mancipi ſunt*] Quæ man-
enatæ ſunt.
1. *Is periculum judicii præſtare de-*
icere, ut alienatio illa, & ven-
ta ſit : ne quid is, qui emit,
aciatur.
è nexu obligavit] Qui pro rebus
o alienatis ita promiſit, ut cor-
m obligaret. Varro de L. L. li-
. & in ep. Curii : *Cujus proprium*
ibis mancipio, & nexu. Nexus au-
ebatur, quod per æs, & libram
r.

Pag. 12. *Ex magna jactatione*] Poſt magna pericula.

Terram videntem] Ad finem conſulatus, tamquam ad portum accedentem.

Duos conſules] Silanum, & Murenam: unus enim eſſet, Murena condemnato. Decembri menſe, & poſt nonas habita videtur ratio, conjuratis interfectis: cum dixerit ſupra, qui eadem pericula, quibus nos perfuncti ſumus, ingrediantur.

Capvt III.

Legem de ambitu tuli] In qua erat, ut condemnatis decem annorum exſulium, præter veteres pœnas irrogaretur.

Non abrogarem] Ferre & abrogare legem, contraria: ex contrariis autem ſententia leporem aſſumit: Putas, inquit, me tuliſſe civibus omnibus legem de ambitu, quam vero mihimetipſi de civibus defendendis jampridem tulerim, eam abrogaſſe? Argute, ſibi ipſi legem ferre de civibus defendendis, pro, ſtatuere ſibi cives eſſe defendendos.

Pag. 13. *Ab republica mihi impoſitam*] Pro ſalute ſua.

Hujus imperii] Conſularis.

Pag. 16. *Etiam alieniſſimos*] Nedum Murenam, qui cum & vetus, & magna mihi amicitia eſt.

Capvt IV.

Non icc irco obruetur] Non icc irco fructum amico nullum feret.

Ab eodem] A Sulpicio.

Superata eſt] Quia Sulpitio potius, quam Murenæ, in petitione conſulatus adjutor fui. in quo amicitia, quæ mihi cum Murena eſt ab ea, quæ cum Sulpi-

cio, ſuperata eſt. ſupra: *Sic exiſtimo, ſic mihi perſuadeo, me tibi contra honorem L. Murenæ, quantum tu a me poſtulare auſus ſis, tantum debuiſſe; contra ſalutem, nihil debere.*

Qua ſi cauſſa non eſſet] Amicitia cum Murena.

Tanti periculi] In qua ſummus ejus honos agitur: nam damnatus conſulatum amitteret.

Pag. 17. *Te advocato*] Hic, advocatus, non eſt is qui ad judicium venit, ut ſuam præſentiam commodet reo, quemadmodum ait Aſconius: verum is, qui de jure conſulenti reſponſum dedit & cujus conſilio litigatur. quo item ſenſu ſcripſit ad Trebatium: *Quod ſi ſcribere oblitus es, minus multi jam te advocato cauſſa cadent.*

Illum ipſum, quem contra veneris] Adverſarium amici tui, contra quem alio tempore, in alio judicio, veneris. Argumentum eſt: Si tu ne inimicis quidem tuis deeſſe vis: cur ego deſim amicis meis? quamquam ego in arte mea parum, tu in tua vales plurimum: ut, ſi ego tecum conferar rivuli cum fontibus conferri videantur.

CAPVT V.

Pag. 20. *Donis militaribus*] Ob virtutem a patre acceptis.

Patre imperatore] Murenæ pater, Sullæ legatus, de Mithridate triumphavit.

CAPVT VI.

Pag. 21. *Tempeſtivi convivii*] Vide, quæ diximus lib. III. in Verrem, ad illud: *Statuitur Lollius in illo tempeſtivo gladiatorum convivio.*

CAPVT VII.

Pag. 23. *Hominibus litteratis, & hiſtoricis*] Iis, qui veterem legunt. nam a patre, & avo nobilis non eſt.

Pag. 24. *Pater enim fuit, equeſtri loco*] Animadverte patricii generis equitem Romanum eſſe. nam Sulpicia gens patricia. equeſtri autem loco is eſt, qui ab equeſtri ordine in ſenatorium non tranſiit.

Avus nulla illuſtri laude celebratus] Hic videtur ſenator quidem fuiſſe, ſed ho-

ne, inter antiquos re-
præſertim recentes ap-
is, T. Didius, C. Cœ-
ante illum conſules
um recentiſſimus ipſe
fortaſſe legi poſſet, ut
ille Claudius, qui ex
Regillo Romam pro-
adſcriptus eſt. Sed
rſatur illa ratio, quod
Catonem utroque ve-
is fuit. veteres igitur

is Caldus eſt, de quo
& de petitione conſu-

modeſtiſſimo, atque opti-
ii P. Sulpicius Galba,
conſulatum cum Ci-
Galbam Aſconius So-
virum appellat.
quod renunciatio gradus
ium eſt unum primo
iari, alterum ſecun-
inferiore quemque

r] Nullum enim ſors
quo excurrere virtus

eſſe mendum num-
imum quia Murena
ſorte, non lege;
rinciam Murenæ no-
t Sulpicii nominatur
lum fortaſſe *Lautia:*
t, Legatis exterarum
a, & ad quæſtores
ic ego tamen conje-
antibus antiquis li-

s] De re frumenta-
Oſtienſi quæſtore L. Sa-
rum tranſtulit ſena-
imatum partibus alie-
impulit ſeditionis con-

r IX.

um] In urbano otio
idetur, cum dicit,
iſio quædam: ſicuti
: urbanam militiam.
nilitia? aut quis eas

res, quas vel peritiſſimus, & diligentiſſimus juriſconſultus in urbe agit, cum iis conferat, quas fortiſſimus in bello dux contra hoſtes pro republica gerit? ille reſpondet, ſcribit, cavet: hic exercitum ducit: ſigna confert: manum conſerit: hoſtium copias fundit: urbes capit.

Reſpondendi, ſcribendi, cavendi] Tribus verbis juriſconſultorum conſuetudinem expreſſit. reſpondent enim de jure conſulentibus, cum dicunt: hoc in lege ſcriptum eſt, hoc jus poſtulat. id reſponſum vel voce tantum, vel ſi rudior, & imperitior eſſet is, qui conſulebat, ſcriptum dabatur. inde natus eſt jocus ille in ep. ad Valerium juriſconſultum: *Qui iſtinc nunc veniunt, partim te ſuperbum eſſe dicunt, quod nihil reſpondeas partim contumelioſum, quod male reſpondeas.* Et ad Trebatium: *Qui iſtinc veniunt ſuperbiam tuam accuſant, quod negent te percunctantibus reſpondere. Scribere* autem dicuntur, cum formulas ſcribunt litigantibus. quo ſpectat illud ad Trebatium: *Quod ſi ſcribere oblitus es; minus multi jam te advocato cauſſa cadent.* Cavere, de iiſdem proprie uſurpatur. cavent enim cum aliquem conſilio juvant, atque inſtruunt, ſive is litiget, ſive contrahat. ad Appium ep. 1. lib. III. *L. Valerium juriſconſultum valde tibi commendo, ſed ita etiam, ſi non eſt juriſconſultus. melius enim ei cavere volo, quam ipſe aliis ſolet.* & ad Trebatium: *Tu, qui ceteris cavere ſoles, in Britannia ne ab eſſedariis decipiaris, caveto.* & in proœmio Topicorum ad eundem: *Cum tu mihi, meiſque ſæpe caviſſes.*

Pag. 30. *Aſiam iſtam*] Cujus nomen Murenæ objicitur.

Refertam] Opibus: ut, in ea nullum avaritiæ veſtigium reliquiſſe, laus Murenæ magna ſit.

Delicatam] Luxui deditam. quo majore laude Murena dignus videtur, cujus in ea provincia ſignum luxuriæ nullum appareat.

In bello] Mithridatico.

L. Lucullo] Vel judice, vel advocato, ſed advocato potius: nam judicem Servius, ut Murenæ amantiſſimum, rejeciſſet.

Publicis] A Lucullo publice miſſis.

Aſſiduitatis] Qua ipſe utitur: aſſiduus enim in foro eſt. Hæc aſſiduitas his etiam declaratur ſequentibus verbis, *Qui in foro habitarunt.*

Operarum harum quotidianarum] Trium verborum ſimiliter deſinentium ſonitum ad irriſionem quæſivit, ut in Catil. orat. I. Illam præclaram tuam patientiam.

Putat eſſe conſulatum] Mercedem & præmium putat, non rebus in bello geſtis, verum aſſiduitati, & operis his quotidianis deberi conſulatum.

CAPUT X.

Pag. 33. *Magno meo labore*] Defenſionibus amicorum.

Idem fortaſſe] Quia Servius & ipſe cauſſas, nec ſine laude, agebat: ſed minime cum Cicerone conferendus.

Utrique noſtrum deſiderium nihil obfuiſſet] Si abfuiſſemus, ut abfuit Murena, nobis non obfuiſſet: id eſt, fortaſſe magis expediiſſet.

Actionem] Formulam de modo litigandi. nam actio, & formula idem ſunt.

Ut aqua pluviæ arceantur] Ne noceant. nocent enim aut loci vitio, aut manu. Cicero in Topic. & L. I. §. I. D. de aq. pluvia arc.

In regendis] Agrorum: ne quis de alieno detrahat. Murena vero fines imperii propagare ſolitus eſt. quanto igitur publica privatis, tanto ille tibi præſtat.

inde juriſconſu[...]
terpretationes co[...]
ex minimo fit, i[...]
eſſe neceſſe eſt. [...]
diligentiæ ſignif[...]
Pag. 36. *Poſſe*[...]
eſt, ſuum jus i[...]
bus petere. Lib[...]
quam iſto pratore[...]
agere potuit? Le[...]
ſed faſtis tantum[...]
tem dies non o[...]
ſed a pontificibu[...]
blicati ſunt ab [...]
ad Attic. lib. v[...]
protulit faſtos? [...]
tempore iſtam ta[...]
terentur a paucis.[...]
res Cn. Flavium[...]
actioneſque comp[...]
Civile jus, repoſ[...]
ficum, evulgavit[...]
albo propoſuit, [...]
ſciretur. Ovid. [...]
erit, per quem tr[...]
Faſtus erit, [...]
Pag. 37. *Qui*[...]
qui tum pontific[...]
Dies] Quibu[...]
Tanquam a [...]
obſervatione, [...]
& quo quiſque [...]
bant. petebant[...]
pontificibus, ta[...]
quam Chaldæi, [...]

ſ enim fide ſumpſit

is, prudentibus:
at. & Tuſcul. 1.
, *catus Ælius*

eronem ſcripſiſ-
, *juriſconſultus*,
Ciceronem eo ſe-
c ab aliis quoque
ʋerro. eſt enim
tricii ornatiſſimi
qua inſcriptio :
. E C O N S V L-

bſcura quædam
ilius in lib. A-

ulas, *& condita*

levibus pendentia

etitum qua pœna

vato in limine

uam earum no-

X I I.

consertum] Sic
tigandum. ver-
ellium libro xx.

ertum, ſed mage

uque petunt, va-
.
odus loquendi,
libentius uſur-
t, debitor, aut
n: *Ego omnibus*,
ederim, ut a ſin-
lvocationes poſtu-
Homo ex diſerto-
t illi unde petere-
exceptio daretur,

ltus] Tranſit ab
unde petitur, &
componit, hoc
iure manu conſer-
revoco.

Pag. 40. *Tibicinis Latini modo*] Vt Latinus tibicen tranſire ſolitus eſt: quem ignotum nobis eſſe morem, cogimur fateri.

Ne pulchrum ſe, ac beatum putaret] Ne condicione ſe eſſe putaret optima.

Pag. 41. *Vtriſque ſuperſtitibus præſentibus*] Vtriſque litigantibus. *Superſtitibus* autem valet, præſentibus. itaque neceſſe non fuit addere, *præſentibus*: quod additum ab aliquo fortaſſe eſt interpretandi gratia. Plautus: *Superſtitem utrumque monui, ne injuſſi abeant.*

Pag. 42. *Inite viam*] Quid ſit, *inire viam*, & *redire viam*, quod prætor jubebat, explanatur ſequentibus illis verbis: *Homines, cum recte, atque in loco conſtitiſſent juberi abire, ut, unde abiſſent, eodem ſtatim redirent.* Id enim fiebat in judicio ante prætorem, docente jurisconſulto.

Sapiens ille] Iuriſconſultus: cujus in his ineptiis poſita ſapientia erat.

Iam tum] Priſcis illis temporibus.

Apud illos barbatos] Homines minime malos, ut illis temporibus erant, qui tamen hæc fortaſſe ridebant. Triplex in barbis mos fuit: ante minorem Africanum, ut nemo raderetur: poſt Africanum, ut juvenes tantum: poſtremis reipublicæ temporibus, ut omnes, exceptis quibuſdam adoleſcentulis laſciviæ deditis: de quibus ad Attic. 16. 1. *Concurſabant barbatuli juvenes, duce filiola Curionis.* Et pro Cœlio: *Aliquis mihi ab inferis excitandus eſt ex barbatis illis, non hac barbula, qua iſta delectatur, ſed illa horrida, quam in ſtatuis antiquis, & imaginibus videmus.* Quibus ex verbis priſcorum quoque temporum mos de non raſa barba demonſtratur. de more autem, qui fuit minoris Africani ætate, lib. III. cap. 4. auctor eſt Gellius. Hic Cicero cum ait, *apud illos barbatos*, perſpicue morem ſignificat priſcorum temporum, exempli gratia, cum viveret Appius Cæcus; cujus exemplum ſubjecit in oratione pro Cœlio, cum dixiſſet: *Aliquis mihi ab inferis excitandus eſt ex barbatis illis.*

Pag. 43. *Dicis qui cauſſa*] Alii obiter diſtinguunt, micantes videlicet, ut dici ſolet, in tenebris. ego hæc, & ipſius ætate Ciceronis obſcura, & breviter hic

ab eo pronunciata, vix arbitror eſſe, qui intelligat. antiquum eſſe, *dicis cauſſa*, ait Varro id quale ſit, quove ſenſu accipiatur, explanavimus in Verrem lib. IV.

Pag. 44. *In tutorum poteſtate*] Quod etiam in oratione pro Cæcina cognoſcitur: ex ea vero pro Flacco, morem eundem apud Græcos fuiſſe.

Quæ poteſtatem mulierum continerentur] Vidit ante nos hujus loci difficultatem, civilis juris illuſtrator, ſummæque doctrinæ vir Andreas Alciatus, & aliquid tamen attulit, quod æquus lector, mea quidem ſententia, probare poſſit. Ejus opinionem iiſdem verbis, quibus ille ſcriptam reliquit, ſubjiciam. loco enim Ciceronis recitato, hæc adſcripſit. Quale id ſit, vix poſſim invenire, niſi dicamus, mulieres ſervos ſuos actori publico conceſſiſſe, & poſtquam publici effecti eſſent, procuraſſe, uti ſibi in tutores darentur. etenim tales hodie quoque non plane ſervi ſunt, nec magis a tutela rejici, quam ceteri tabularii, poſſunt, & tamen nec omnino liberi videntur & propter reliquias prioris dominii, aliquo modo poſſunt dici poteſtate mulierum contineri. Non abſimilis fraudis mentio eſt & apud Cornelium Tacitum lib. 2. *Ne-*

nem: *Sum, inquit,* χρήσ
κλήσεως *Attici noſtri. ergo*
tuus, mancipium illius. quod qu
ter ſenes coëmptionales venale p
egerit non multum. Coëmptio
illa tota dicebatur, cum, ſe
eam partem bonorum, quæ
noxia eſſet, coëmentibus, reliq
mulieris in mariti poteſtatem
mine tranſibant. pro Flacco:
inquit, *convenerat. nunc audio*
ro, uſu, an coëmptione, uſu
nihil enim poteſt tutela legitima
tutorum auctoritate diminui,
omnibus ergo auctoribus.

Interimendorum] Tollendo
interimerent, neque iis mu
ſtringerentur.

Pag. 46. *Iudicem, an arbitru*
Ciceronem ipſum hæc nomin
duntur, ut alibi docuimus.

Rem, an litem] Propterea
judicare dicebantur. ſupra: G
illa eſt, & plena dignitatis dicen
quæ ſæpe valuit in conſule del
conſilio, atque oratione & ſen
puli, & eorum, qui res judi
permovere.

eam ſtultam verecun-
rine ante res prolatas,
rerum tumorem. Et
Q. fratrem : *Res pro-*
comitia adducta.
ſ] Nemo juriſcon-

unes] Quod ſe ſcire
rofitentur, id ſciunt
eo controverſia oriri

tteris] Loquitur de
cum & breve ſit, &
ognoſci ab omnibus
altare, quaſi diffici-
onſecuti, juriſcon-

er occupato] Argu-
ſconſultos; ne, tam-
gnita, glorientur:
l homo vehementer
ſſit percipere.
tis] Et hoc ludibrio
tomachum moveri-
ſcientiam non attin-
s ut ſim, non labo-

, tamquam rem ma-
m adepti, profite-

] In judiciis.
] A ſuperioribus ju-
oſſe cuivis liceat.
e agitur, addere] *Vi-*
ponendum credide-
his adducor exem-
. *Omnis in quærendo*,
r ratione habetur oratio
debet, ut quibuſdam in
gatur: ut, inter quos
, *quid ſit id, de quo*
que de Epicuro : *Ne-*
re: ſine quo fieri inter-
inter eos, qui ambi-
id ſit id, de quo agatur.
iſquam, qui acute in
qua res agatur. Et de
, *qua de re agatur*, &
lat, non videt. Et in
agitur, illud, quod
conſultorum includitur
, *videbat*.
ideare reſpondiſſe, quod
, & recte reſpondiſſe

videare. Eximit Servium ex imperitorum numero.

Controverſum jus] Quod interpretationis eſt dubiæ, & de quo diſputare licet in utramque partem.

Formulis, atque actionibus] Idem eſt actio, quod formula, modus enim & certa ratio a juriſconſultis excogitata, ut privatæ res in judicio caute agerentur, actiones & formulæ dicebantur. Notæ ſunt Aquillii formulæ, de dolo malo, de acceptilatione, de poſtumis: Formula eſt illa quoque petitoris: *Fundus, qui eſt in agro, qui Sabinus vocatur, meus eſt, eum ego ex jure Quiritium meum eſſe ajo.* Formula ejus, unde petitur: *Vnde tu me ex jure manu conſertum vocaſti, inde ibi ego te revoco.* Formula prætoris, *Vtriſque ſuperſtitibus iſtam viam dico: inite viam.* *Formularum* autem libri actiones vocabantur: unde Manilianæ, Hoſtilianæque actiones ita pervulgatæ Ciceronis ætate, ut eas etiam ruſticis in manibus fuiſſe Varro dicat.

Hoc] Dicendi facultatem.

Iſtuc] Ad veſtram ſcientiam.

Delapſi] Caſus potius, quam voluntas indicantur. nam quod voluntatis erat, ut eloquentiam adipiſcerentur, id non ſucceſſit. ita, quod initio minime placuit, eo ſunt delapſi, non ſponte devenerunt, non judicio ſe contulerunt.

Auletæ] Auletes cognomen fuit regis Ægyptii Ptolemæi, Cleopatræ patris notiſſimæ feminæ, quia tibiis maximæ delectaretur. Sed quo nobilior cithara, quam tibia, eo nobiliores citharedi, quam auletæ. In Græcis artificibus, dixit quia Romæ ars muſica, & genus illud oblectationis, ut indignum Romana gravitate contemneretur.

Salubritas quædam] Non omnino ſalus ipſa, quæ petitur ab oratoribus, ſed quædam ſalubritas, ut ſalubriter agatur; ne quid committatur, quo ſalus ipſa periclitetur. eſt enim ſalubritas quaſi quoddam ſalutis inſtrumentum. quod autem propter aliud fit, non eſt cum eo conferendum, cujus cauſſa fit: quemadmodum artes iis, quibus illæ utuntur, inſtrumentis nobiliores eſſe nemo negabit.

Veſtra reſponſa, atque decreta] Nam quæ reſpondetis, & decernitis, ea defe-

 runtur

ſumuntur in judicio. ibi ſubjecta ſunt eloquentiæ: aut enim evertuntur dicendo, aut confirmantur.

Firma eſſe] Contrarium contrario opponitur, *evertuntur, firma eſſe.*

Parcius de ejus laude dicerem] Nam ſi copioſe dicerem, ideo laudare viderer eloquentiam, ut me ipſum laudarem.

Nunc nihil de me dico] *Nunc*, pro, *ſed*, ut pro Archia: *Nunc inſidet quadam in optimo quoque virtus.* & alibi ſæpe.

CAPVT XIV.

Pag. 51. *Pacis ornamenta*] Pacem ornat dignitas: dignitatem pariunt magiſtratus: ad magiſtratus eloquentia duce pervenitur.

Ipſa per ſe] Separatim ſingulæ, etiam ſine eloquentia.

Iuſtitia] Ne cui fiat injuria.

Fides] Non ſolum, ne quid fiat, ultra quam promiſimus, ſed etiam contra quam *debemus, vel propinquitatis, vel amicitiæ cauſſa.* unde illud ad Cœlium: *Te tamen oramus, quibuſcumque erimus in terris, ut nos, liberoſque noſtros ita tueare ut amicitia noſtra, & tua fides poſtulabit.*

Pudor] In conſuetudine, & convictu: [redacted]

conſulibus reprehendit, in c
hoc fieri belliſſime poſſet; fu
meus eſt, immo meus: dei
noluerunt. fundus, inquit, q
qui Sabinus vocatur. ſatis verb

Domina rerum] Quæ res t
amplectitur, verba reſpuit.

Pag. 54. *De rege Pyrrho*]
rege, qui anno urbis CDLX
rentinis vocatus, in Italiam
manos venit. de eo triumph
nos quinque M. Curius Den
omnis hiſtoria.

De Philippo] Perſei patre,
cedoniæ regis: de quo, & de
capta triumphavit L. Æmili
de Philippo autem T. Quinct
ninus, Livius, Plutarchus,

De Ætolis] De quibus tr
M. Fulvius Nobilior, anno urbi
Livius, Eutropius, alii.

De Pſeudophilippo] De quo,
cedonia devicta triumphavit Q.
proprætor: unde Macedonici
quod Livius Pauſanias, alii pr
diderunt.

De Corinthiis] De quibus, &
Mummius triumphavit, Achai
gnomen eſt adeptus. cum
[redacted]

...dimicandum, quam cum eo, du-... pugnandum.

...nihil dicam] Major enim in eo ...ſus & ſcientia fuit, quam ut ...ſit, non rudis imperator.

...cum Ponto] Oceanum tenebat ..., in Ponto regnabat Mithrida-... pro lege Manilia: ut hiſtorias ...

...57. *Alterius res*] M. Aurelii Cot-... Mithridates, irruptione in ... facta, terra fudit, mari claſſe ...rima exuit. Salluſtius.

Cyzicenorum mœnia] Pro Archia, ... Plutarchum.

...curſu] Raperetur, dixit in ...ana.

...rrimis ducibus] Sertorianis. in ea-

...ducibus atque animis inflata] Stu-...lemmato. ibidem.

58. *Rege Armeniorum*] Tigrane, ... Mithridatis.

CAPVT XVI.

...tus, & populus Romanus] Bellum Mithridaticum Lucullo manda-... & S. C. & lege.

...lus Romanus] Legem ferente ...llio. ſenatus hic nulla mentio: ...rinceps optimatum Q. Catulus, ...Hortenſius adverſati ſunt.

59. *Vita expulit*] Expulſum jam ...omnibus.

CAPVT XVII.

60. *Quod enim fretum*] Anguſtum ...fretum eſt. ibi crebri fluctuum ...

...Euripum] Fretum eſt inter Au-...Bœotiæ portum, & Eubœam in-... horis XXIIII. magno impetu ...currens.

...Mallio?] Et hic dejecto Catu-...conſul factus eſt: ut in orat. pro ... legendum autem, *Mallio*, non ...docuimus in ea pro Sex. Roſcio.

...Scaurum] Qui poſtea ſenatus prin-..., patrem ejus, pro quo exſtant ... quædam orationis apud Pe-...

...hominem graviſſimum] Gravitatem, & conſtantiam, in ep. ad Lentulum tribuit illi Cicero his verbis: *In quo cum omnes homines, tum M. illum Scaurum ſingularem virum conſtantia, & gravitate ſuperaſſet.* Et in Verrem: *Si ſequeris Scauri conſtantiam, ut ne quis te de vera & certa poſſit ſententia dimovere.*

A Q. Maximo] Cui *Eburno* cognomen fuit propter candorem.

CAPVT XVIII.

Pag. 62. *Duæ res*] Vna, quod, cum præturam petiit Murena, exercitus Luculli, qui teſtis in Aſia provincia, & liberalitatis ejus, & virtutis fuerat, nondum ex provincia deceſſerat: qui ſi affuiſſet, ita prior in præturæ petitione Murena renunciatus eſſet, ut eorum ſuffragiis, te repulſo, conſul creatus eſt. affuit enim hoc anno cum ad Luculli triumphum veniſſet. Triumphaſſe autem Lucullum quo anno conſulatum Murena petiit, id eſt Cicerone, & Antonio Cos. Cicero ipſe Acad, libro, qui Lucullus inſcribitur, auctor eſt. Altera res, quæ Murenæ profuit in conſulatu, munus illud fuit, quod prætor populo ampliſſimum dedit.

Exſpectatio muneris] Exſpectatio ludorum Apollinarium, quos prætor urbanus dabat, ut oſtendit Cicero Phil. 5. Livius lib. XXVII. prætorem autem urbanum fuiſſe Murenam, infra patet.

Ad conſulatus petitionem reſervavit] Vt ei prodeſſet: primum exercitus Luculli, deinde memoria muneris in prætura dati.

Pag. 63. *Quod petitio præturæ deſiderabat*] Quod jam tum deſiderabatur, cum prætura peteretur.

Prætura reſtituit] Vt promiſſum ac debitum: non quia dari non ſoleret, ſed quia Murena dedit ampliſſimum.

Pag. 64. *Omen prærogativum*] Prærogativa centuria: cujus voluntatem, & judicium centuriatis comitiis reliquæ centuriæ ſequebantur: ut omen ea comitiorum fuerit.

CAPVT XIX.

Ludorum hujus elegantia] De Apollinaribus loquitur.

Scena magnificentiam] Argenteam ſcenam dediſſe Murenam infra cognoſce: de qua Plinius lib. XXXIII. cap. 3. *L. Murena, & Cajus in circo pegma duxit, in quo fuere argenti pondo* CXXIIII.

Pag. 65. *L. Otho*] L. Roſcius Otho, tribunus plebis Cicerone conſule, legem tulit, ut in theatro equitibus Romanis quattuordecim gradus proximi ſpectandi cauſſà, darentur qua lege reſtitutam ait Cicero equeſtri ordini cum dignitate voluptatem. Livius, Aſconius, Plutarchus.

CAPVT XX.

Antonii ludis commovebar] Qui ſcenam totam argento prætexuerat. Valerius Max. lib. 2. & Plinius lib. XXXIII. c. 3.

Caſu nullos feceras] Verbum, *caſu*, ad ſortem ſpectat, quæ Sulpicio non dedit, ſed Murenæ, ut prætor urbanus eſſet, ad quem ludorum Apollinarium cura pertinuit.

Pag. 66. *Æquitatis largitio*] Recte largitionis nomen ad æquitatem adjunxit. nam ſæpe quod jus negat æquitas largitur.

Catenarum] Oratorie. non enim cate-

Multi viri fortes] Qui pro
verant, & quibus ille poſt vi
tificatus erat.

Lites ſevere æſtimata] Da
vel de repetundis, vel de p
tes æſtimari ſolebant: cum
men interdum benignius a
verius autem actum eſſe Se
in cauſſa peculatus, hic locu

Cui places] Placet autem a

L. Murena provincia] Gal
na, quam poſt præturam re

CAPVT XX

Pag. 68. *Amiſſo jam tem*
præterierit occaſio.

Accuſandi terrores] Accuſ
bitu, ut nunc accuſas Mure
terrores jam tum candidatus

Populi opinionem a ſpe adipi
tunt] Efficiunt, ut populus
eum qui terroribus ejuſmodi
piſci conſulatum non poſſe.
candidatus competitoribus
tur, is parum ſperare conſ
tur. quod cum populus a
deſperantem deſerit, & a
dia debilitantur.

, *& vero eo magis,*
s ingenioſa aliqua de-
confeſſio comparatur.
ſaverat C. Verrem.
di denunciationem]
lenunciavit Servius
mbitu.

XXIII.

gitaſti] Petiiſti a ſe-
mbitu lex ferretur:
ege præſertim ſeve-
entus eſſe poſſes.
m flagitaſti, & quæ

ordinem] A te flagi-
lpurnia lex non irro-

pœna addita eſt] Vi-
iſſe a ſenatu, & ob-
retur de cogendis
a conſularia, pœna
um excuſaret.
tum eſt] Eundum ad

rbi ceteri vitæ fructus
propter morbum ad
t, poteſtate ſuffra-
privarentur. Sic e-
ceteri vitæ fructus re-

ti ſenatus, voluntati
i, ſed invitus: nam
neceſſario meo, pa-

rant] Non enim ideo
uia mihi prodeſſet.
quæ lata ſunt in lege,
nunc ea narrat, quæ
mma ſua voluntate.
ificat Servio nocuiſſe.
giorum flagitaſti] Pe-
ut, latis ſuffragiis,
ntur, quod fieri ſole-
enturiarum omnium
entur: iiſque nume-
actus eſſet, qui reje-
r. ita fiebat, ut am-
um nullius centuriæ
et.
s Manilia] Vt lex Ma-
um confuſione, quæ
, in poſterum valeret.

Æquationem gratiæ, dignitatis, ſuffragiorum] Confuſis ſuffragiis hoc ſequebatur, ut eorum, qui ſuffragia ferebant, non gratia, non dignitas exſtaret.

In ſuis civitatibus, & municipiis] Civitatum nomine colonias, & præfecturas deſignat, quæ, præter municipia ferendi ſuffragii jus habebant.

Et dignitatis, & gratiæ gradus] Acquirit enim dignitatem, & gratiam municipium illud, & illa colonia, & præfectura, cujus aliquem ſuffragiis conſulem creatum eſſe conſtat. quod ſi ſuffragia confunduntur ſuffragatorum omnium gratia, & dignitas æquatur: beneficium enim unde fit, non apparet.

Editicios judices] Vt accuſator ipſe ederet, quos de ambitu judicare vellet, quod ſenatus repudiavit. vidit enim fore, ut ederentur judices ii tantum, qui reo quacumque de cauſſa infenſi eſſent. hoc poſtea latum eſt in crimine ſodalitii, quod ad ambitum pertinuit. id ex oratione pro Plancio perſpicuum fit.

Pag. 73. *Illa plaga eſt injecta*] Id maxime nocuit. infra: *Quam te ſecurim putas injeciſſe petitioni tuæ:* tranſlatis ut verbis rem augeret.

Non tacente me] Monente me, ne accuſationem, depoſita petitione, comparares.

CAPVT XXIV.

Pag. 74. *Obſervationes*] Quis largiretur, quis acciperet.

Teſtificationes] Comparationes teſtium.

Subſcriptorum] Qui ſubſcriberent accuſationi.

Vultus obſcuriores] Non, ut candidatorum bene ſperantium ſolent eſſe, alacres, atque læti. Sibi autem diffidentibus populus non favet.

Pag. 75. *Choro juventutis*] Quæ facile ad res novas impellitur. Chorum pro comitatu poſuit, in quo ſpecies quædam eſſet.

Indicibus] Iis, quorum indicio ad aliquem circumveniendum, atque accuſandum uti ſolitus eſſet.

Spe militum] Qui ad triumphum Luculli convenerant.

Promiſſis] Cum Catilina C. Antonium conſulem conſenſiſſe, opinio multorum fuit. teſtes Salluſtius, & Cicero.

Pag. 76.

Pag. 76. *Colonorum Arretinorum, & Fæſulanorum*] Hos numerabat amicos ſuos Catilina, quia, cum illas colonias Sulla miſiſſet, cujus in partibus fuerat, jure quodam iis ſuffragantibus, bene ſperare poſſe videbatur.

Exercitu] Per ſimilitudinem erant enim multi.

Diſſimillimo ex genere] Quid enim diſſimilius, quam qui Sulla victore beneficia acceperunt, & qui ſuas fortunas amiſerunt? hoc autem genus hominum ideo libenter Catilinam conſulem expetebat, ut, eo duce, rep. perturbata, amiſſas fortunas in tumultu recuperare poſſent.

CAPVT XXV.

Pag. 78. *Vnum debile, infirmo capite*] Si contrariis contraria referenda legendum videtur, *firmo capite:* ut unius corporis debilitas cum alterius firmitate, & ejuſdem firmum caput cum nullo capite conferatur. Vnum autem debile corpus firmo capite, ſunt partes optimatum, quarum caput eſt ſenatus, conſul, prætor, & reliqui magiſtratus. alterum vero corpus firmum ſine capite, plebs eſt,

liſſe. Mihi Ciceronis verb
videntur oſtendere, & ape
eum petiiſſe dicit.

Ruina reſtincturum] Sall
linam ait ſimiliter dixiſſe,
Cato ei judicium minitam
nunciavit, ſed quo Cicero
oratione illa eſt invectus,
ma inter quattuor legitur.
quit, *maledicta alia cum*
pere omnes, hoſtem atque pa
Tum ille furibundus, Qu
circumventus, inquit, ab i
agor; incendium meum ruin

CAPVT XX

Pag. 79. *Cum illa læta, inſ*
De qua etiam Plutarchus.

Caput & collum ſolere pete
hoc in Sullanam proſcriptio
tempore qui proſcriptorum
pita ad Sullam afferebant,
nabantur: in quibus Catil
documento ſunt illa verba
contra competitores: *Popul*
in ſpectante populo, collum
maxime popularis, quanti

atque abjecta peti-

rum] A quibus pecu-
Murena diviſas eſſe,

is non intelligit, Ser.
gnificari? qui & ipſe
Catone, patri, Mu-
ſubſcripſerat.
riis] A L. Natta, Mu-
d prandium invitatis.
ur: *Equitum centurias*
ges XIIX fuiſſe, Livius,
t, eas e cenſu in prima
aliſſe, nemo ambiget,
s cenſum fuiſſe ſupra
queſtris autem ordinis
gnorabit quod & Dio-
atur. propterea, cum
n præturam petentem,
commendaret, *Quan-*
tum centurias tenes, in
te ad Lupum, ut eas no-
t.
a: *Dixiſti, S. C. me re-*
, ſi mercede corrupti ob-
iſſent; ſi conducti ſecta-

Quia dixerat Cato, ſe
a republica eſſe addu-

[C A P V] T XXVII.

rius veteris fortuna diſcri-
Primum eſt ei timen-
tem, & quam habet re-
ro, majoribuſque ſuis,
tus eſt, amittat; dein-
idet novæ laudi veteris
cturam faciat. Dividit
tarum in dignitatem, &

i filii] Honeſtæ ſodali-
nt. exemplum occurrit
Haruſp. reſponſ. *Quod*
fieret, obſtiterat, quod
, clariſſimus vir. Et pro
vero illud me commovet,
rcis ſodalem eſſe Cælium

Nemini creari pericu-
jus ingenio, ſed ſalus
paternorum amicorum.

Tale illud infra: *Primum illud deprecabor, ne ea ſoli huic obſint bona M. Catonis, quæ ille adeptus eſt, ut multis prodeſſe poſſet.*

Prætorius candidatus] Prætorius candidatus Poſtumius præturam petere deſtiterat, ut candidatum conſularem accuſaret Murenam. quod mirari jure licuit. cur enim ſuos potius competitores non accuſaret? an exſpectabat, ut amicus aliquis alienam perſequeretur injuriam? nimirum, ait Cicero, ejuſmodi hoc eſt, ut ſi deſultorius in quadrigarum curriculum incurrat. quid enim deſultorio cum quadrigis? Deſultorii dicebantur, qui ex uno equo in alterum, non intermiſſo curſu, celerrime deſiliebant. Varro lib. 2. de re ruſt. cap. 7. *Aliter quadrigarius, ac deſultor.* Livius lib. XXIII. *Deſultorum in modum binos trahentibus equos, inter acerrimam ſæpe pugnam in recentem equum ex feſſo armatis tranſultare moris erat.*

Pag. 83. *Si nihil deliquerunt*] Si largiti non ſunt, ut præturam adipiſcerentur.

C A P V T XXVIII.

